



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodière

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex
Tomorvm Editionem ...

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 ZV 1269

Martii Die

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

Ille immenso affectus gaudio, gratias agit Deo, & beato Celso famulo eius fideli.
 Est apud Treuiros monasterium virginum, beatissimæ matri Dei consecratum,
 in quo à Dagoberti Regis temporibus sanctimoniales Deo religiosè famulantur.
 Habet autem Horrei vocabulum. In eo tres nobiles monachæ vel sanctimoniales
 à diuersis morbis, cum beatum Celsum inuocassent, curatæ sunt. Hæc ex multis nos
 miracula literis mandare volumus in laudem præpotentis Dei, cui est honor &
 gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Alia mira
 cula.

MARTIVS.

VITA SANCTORVM HEMITERII ET CHELIDONII MARTYRV M PER D. GRE GORIV M ARCHIEPISCO PV M TVRONENSE M

*scripta. Habetur in libro eiusdem in gloriam plurimorum mar
 tyrum edito, cap. 93.*



M A L A G V R R I S vrbs Hispaniæ Hemiteriũ, Cheli
 doniumque martyres gestat, sæpeq; ab eorum virtu
 te miracula cernendo, diuersarum ægritudinum me
 dicamina capit. Hi etenim martyres a persecutore cõ
 prehensi, atque ad supplicium rapti, dũ diuersis pœnis
 afficeretur, ob diuini nominis confessionem, excepta
 vltimæ damnationis sententia, deducuntur ad decol
 landum.

Martij.
 Ecce Sãcto
 rum virtus
 & porcitã
 etiam poss
 mortem.

Cumque eorum capita listor incidere, miraculũ
 populis magnum apparuit. Nã vnus annulus, orari
 umque alterius, nube susceptũ est, & in cælis euectum
 viderunt. Hæc omnes qui aderant, vsquequò acies oculorum intendere potuit, ful
 gorem scilicet auri, candoremque lintei, susceptu sequebantur attoniti.

SS. Martyr
 res capite
 caduntur.

Præbet huius rei testimonium Aurelius Clemẽs in libro Coronarum his versi
 bus, dicens: Illa laus occulta non est, nec fenescit tempore, Missa quòd fursũ per
 auras euolarunt munera, Quæ viam patere cali præmicando ostenderent. Illius
 fidem figurãs, nube fertur annulus: Hic sui dat pignus oris, vt ferunt orarium: Quæ
 superno rapta statu lucis intrant intimũ. Per poli liquentis axem fulgor auri absco
 ditur, Ac diũ visum sequacẽ textilis candor fugit: Subuehantur vsque in astra, nec
 videntur amplius.

Quere Tõ.
 2. Martij.

VITA DAMIANI SANCTISSIMI RAVENNA TIS ARCHIEPISCOPI, VT HABETVR QVARTO

*libro historiarum Rauennatum Hieronymi Rubei
 viri doctissimi.*



M O R T V O Theodoro Rauennatum Archiepiscopo, ab
 Sergio primo, Romanorum Pontifice, qui Cononi succes
 serat, in Rauennatum Archiepiscopatum Damianus Dal
 mata sufficitur, & Romæ sacra insula decoratur. Huius pa
 rentes, qui Dalmatia venerant, ecclesiæ Rauennati illum
 adhuc puerum obtulerunt: quo loco ad summum sacra
 rum literarum apicem peruenerat. Archiepiscopus factus,
 sanctissimo instituto, summaque sacerdotum & populi
 tranquillitate & concordia præfuit: hominemque vita iã
 functum ad vitam reuocauisse, fuis ad Deum precibus, ferunt. Bellicos mores, fu
 roresque truces, qui, diebus festis, in ea regione vrbs, cui Latronum olim erat
 nomen, nunc diui Seuerini titulo appellatur, à perditis hominibus, & mini
 mùm religios celebrari consueuerant, indictis prius triduanis populo ieiũ
 nijs, aboleuit, sumpto de hominibus impijs supplicio: tametsi eadem pars vrbs

13. Martij.

Huius Ar
 chiepisco
 pi patria.

Suscitat
 mortuum.

Regio Latronum, multis deinde insequentibus annis dicta sit. Tanta fuit sanctitate, ut Rauennas quidam cuius, religione praestans, in Vrſiana eade, dum sacra haberentur, iuxta altiorem columnam cum esset, post Damiani terga splendidissimum virum conspexerit, qui faciem illius admirabili luce illustrabat. Id cum ipse, fixo in Damianum intuitu, immotisque oculis admiraretur, & Archiepiscopus assidue haerentes in se viri oculos itidem miratus, quid esset causa, sciscitaretur, rem omnem ordine exposuit. Ad haec, ipsum de se ferri solitum aiunt, dum nocte in templo, quo maximè tempore viri sancti in rerum diuinarum meditatione, atque in Dei laudibus versantur, sacrum illud carmen caneret. Montes & colles cantabant coram Deo laudes: visos sibi ipsos etiam lapides templi, columnasque & parietes in Dei laudes exilire. Iudæus tum ex eo loco, ubi se occultauerat, hunc Archiepiscopum tanta veneratione, totque obortis lachrymis, quanta & quot semper consueuerat, hostiam sacram effringentem cum vidisset, diuino spiritu commotus, accurrens obnixè petijt, illius partem exhiberi sibi: à quo, cum ab Damiano monitus, non desisteret, sacra tandem expiatus vnda baptismatis, sacratissima Eucharistiae hostiam sumpsit. Huius Archiepiscopatu, bibliotheca Rauennatis ecclesiae igni absumpta est. Tandem Damianus Archiepiscopus Rauennatum cum sexdecim annis, mensibus duobus, dies verò sexdecim Rauennati ecclesiae praefuisset, vitam cum morte commutauit, tertio idus Martias. Sepultus in diui Apollinaris Classensis, ab ara sanctae Feliculae haud procul.

Visio eius

Iudæus visio eius sanctitatem ad Christum conuertitur.

Feliciter obit.

BEATI PETRI DAMIANI OSTIENSIS
EPISCOPI SERMO IN DOMINICA
Palmarum.



20. Martij
Matth. 21.
Ad quid filius Dei in mundum uenit & natus sit.

Matth. 23.

Zach. 9.

Esa. 1.
Natura uiperari est, in partu occidere parentem.
Matth. 15.

V M appropinquasset Iesus Hierosolymis, & uenisset Betphage ad montem Oliueti, tunc misit duos de discipulis suis, dicens eis: Ite in castellum, quod contra uos est, & reliqua. Passurus spontè Dominus profusa lute humana, spontaneus ad locum passionis accedit. Ad hoc uenit in mundum, ad hoc natus est, ut sua passione nos liberaret. Scienter Hierosolymam uenit, scienter magna populorum comitatus caterua composè ciuitatem intrauit, in qua tradendus, in qua crucifigendus erat. Haec est Hierusalem, quae occidit Prophetas, & lapidat eos, qui ad eam missi sunt.

O infelix ciuitas, quam gloriosa de te dicerentur, si uenientem Dominum agnouisses, si ei cognito debitam reuerentiam exhibuisses. O misera, o malitiae errore cecata, uenit ad te Saluator tuus, & non potes, nec vis cognoscere eum. Venit ipse ad saluandum, tu recedendo accedis ad perdendum. Ipse parat tibi ut agrotis saluitem, & tu paras ei ueluti furi Crucem. Cur te tanta tenebrarum caligo contextit? Cur non recolis quod dictum est per Zachariam Prophetam: Noli timere filia Sion, ecce Rex tuus uenit tibi mansuetus, sedens super pullum subingulis: Ecce tanta es, perdita consilio es, times Regem tuum suscipere, ne regnum terrenum amittas. Sed dum ipsum non recipis, regnum perdis & gentem. Vis unum interficere, ne tota gens pereat. Sed dum unum interficis, tui pereunt uniuersi. Proinde de te benedicendum est: Vae genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis. Genimen es viperarum, quae non nisi effollis maternis lateribus oriuntur: sic tu non putas euadere, nisi Patris tui, qui fecit te, laus cruentes. Crudelis par tus est, & enecandus, qui enecat patientem. Sed quid attinet ad propositum caecitas Iudaeorum? Caeci fuerunt, duces caecorum, & ideo utrique, id est, principes eorum & iuniores, in foueam ceciderunt.

De te autem Domine Iesu, admiratio & compassio crescit. Cur ad Iudaeos uadis, qui animae tuae insidiantur? Proditores & homicidae quidem sunt, ne credas te ipsis, quia non te diligunt, non tui miserebuntur, crudeli & turpissima morte te condemnabunt. Cur tot illusiones, tot flagella, tot opprobria acceleras sustinere, spinis coronari, conspui, aceto potari, lancea perforari, mori, & in sepulchro collocari? In hac tua deliberatione, in hoc tuo consilio deficit spiritus meus. *Domine*

SURIUS

qber
uober
RVIII
5

Domini Iesu, super passionis tuæ angustias. Consiliū Petri amici tui videtur mihi Matth. 16.
 sedere, qui ait: Absit à te, Domine, nequaquam fiet hoc. Non decet filium Dei
 mortem gustare. Sed differt hoc consiliū à tuo, qui disponis mortem subire.
 Quid ergo? Petri, an Iesu consiliū est tenendum? Serui, an Domini? Discipuli,
 an Magistri? Sed non est seruus maior domino suo, nec discipulus doctior magi-
 stro. Acquiescendum est itaque Domini & Magistri consilio, qui consilio nullo Ibidem.
 eger, nè dicatur mihi cum Petro: Vade retro, satanà, non sapis quæ Dei sunt. Nè
 sciebat enim Petrus Christum disposuisse ab initio, vt mortem nostram moriendo
 destrueret, & vitam resurgendo repararet.

Quod igitur diuina sapientia disposuerat, sapienter voluit adimplere. Voluit Zach. 9.
 secundum prophetica verba, humilis & pauper sedere super asinam, & Hierusalem Matth. 21
 venire, sicut Euangelista narrat, dicēs: Cum appropinquaasset Iesus Hierosolymam,
 & venisset Bethphage ad montem Oliueti, tunc misit duos ex discipulis suis, dicens
 eis: Ite in castellum, quod cōtra vos est, & cætera. Castellum istud mundus est, qui
 cōtra Dominum & discipulos eius fuit, non solum opprobrijs & flagellis eos per-
 sequendo, sed etiam crudelissimam mortē inferendo. Vnde Dominus: Si mundus Iohan. 15.
 vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mun-
 dus quod suum erat diligeret: Quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de
 mundo, propterea odit vos mundus. Per asinam & pullum, qui erant in castello
 ligati; Iudæorum significatur populus & Gentilis, quorum vterque peccatorum
 vinculis subiacebat. Asina subiugalis Iudaicum populum signat, iugo legis subie-
 ctum. Pullus lasciuens & effrenis, gentilem populum notat secundum desideria
 carnis ambulans. Duo discipuli missi in castellum, duorum sunt testamentorū
 prædicatores, gemina præditi charitate, Dei scilicet, & proximi dilectione. Siue
 Petrus & Paulus, quorum vnus gentium, alter fuit Apostolus Iudæorum. Vnde
 ipse Paulus: Qui operatus est Petro, inquit, in Apostolatu, operatus est & mihi in- Gal. 2.
 ter gentes. Isti soluerunt vtrunque populum ab infidelitatis errore, & verbo præ- Anima iu-
 sti sedes est
 sapientiæ.
 Prou. 10.
 Rom. 33.
 dicationis duxerunt ad fidem Iesu Christi. Dominus sedit super eos, quia ex fide
 sua iustificauit illos, sicut scriptum est: Anima iusti sedes est sapientiæ. De vtriusq;
 iustificatione dixit Apostolus: An Iudæorum tantum Deus? Nōne & gentium?
 Immo & gentium, quoniam quidem vnus Deus, qui iustificat circumcisionem ex
 fide, & præputium per fidem.

Possunt etiam hæc moraliter intelligi. Bethphage interpretatur domus buccæ, Moralis
 Euangelij
 huius expo-
 sitio.
 (est & intellectus sacerdotum) per quam designatur confessio. Ad hanc Dominus
 venit, quia ad confitendū corda accendit. Castellum, quod est contra Dominum,
 & eius discipulos, est animus obstinatus, propriæ deditus voluntati. Duo discipuli
 ad eum missi, sunt spes & timor: asina & pullus alligati, humilitas & simplicitas.
 Huiusmodi enim animus aliquando nouit quid sit humilitas, quid simplicitas, &
 quod simpliciter & humiliter sit viuendum: sed quasi eas alligat, & reponit, dum
 non vult eas opere exercere. Terret hunc timor, vbi à malo respuerit, minans ei
 tormenta. Confortat eum spes, si pœnituerit, præmia pollicendo. Compungitur
 his duobus animus. Soluitur asina & pullus, cum obuiam Domino eundo Bethpha-
 ge confitetur se peccasse, & promittit se deinceps humiliter & simpliciter victu-
 rum. Et sic qui prius erat castellum Diaboli, efficitur vrbs fortitudinis nostræ Sion:
 Saluator ponitur in ea murus, & antemurale. Murus humilitas est, antemurale pa- Esa. 26.
 tientia.

Egrediamur igitur charissimi, obuiam Domino Bethphage, compuncti timore
 poenæ, & sp̄e cælestis vitæ firmati, confitendo peccata humiliter, & sim-
 pliciter ambulando, substratis vestibus nostræ carnalitatis,
 vt in nobis dignetur sedere Dominus, & nos
 secum in cælestem Hierusalem in-
 troducere, Amen.

SERMO

SERMO BEATI PETRI DAMIANI S. R. E.
CARDINALIS ET EPISCOPI OSTIENSIS, DE
*sancto Benedicto Abbate, qui habetur octavo To-
mo Aloysij.*

21. Martii.
Matth. 19.

2 lib. Dia-
logorum.



DIXIT Simon Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia. In huius patris nostri præcipua solennitate totis esset viribus incumbendum, nisi nobilis lingua Gregorij. totum eius itinerariū sermone magnifico collegisset. In enim actus eius & vitam vndantis eloquij claritate depinxit, vt & stylus sententiarum maiestate scintillet, & sententiæ stylo reluceant clariori. Ex abundantia igitur est, post vocem tanti viri aliquid addere, in cuius comparatione nos non solum ineloquentes, sed & muros esse non ignoramus. Hoc tamen solum dixisse sufficiat, quia solus iste militarem manum excelso principi cæteris abundantius præsentabit, & monachorum turmis, Angelorum more viuentibus, calor adimplebit palatia. Quam igitur refulgens & splendidus miles adstabit Imperatorio tribunali, plenus infinitis virtutibus, agminibus innumeris comitatus, consiliarius Regis, iudicis amicus, vnicius hostis hostis antiqui?

Matth. 19.

De eo planè, eumque sequentibus dixit Simō Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia. A mica prorsus confabulatio Simonis ad Iesum, & sermo omnino oratorio flore venustior: dignusque Simon, quicum Saluatore plenius proloquatur. Simon namque obediens, Iesus Saluator. Loquitur ergo obedientia cum salute, quia solis obedientibus æterna salus hæreditario iure debetur, si tamen ibi sit Petrus, id est, si obedientia non vacillet, aut titubet, sed fundata sit supra firmam petram. Et quid ait? Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Solenne verbum, magna promissio, opus sanctū dignum benedictione, relinquere omnia & sequi Christū, Hæc sunt verba voluntaria persuasoria paupertatis quæ monasteria genuerunt, quæ claustra monachis, anachoretis syluas copiosius replerunt. Hæc enim sunt, de quibus psallit Ecclesia: Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras perceptura requiem pro labore, pro paupertate diuitias, pro tribulatione mercedem. Magnum reuera est relinquere omnia, sed maius Christum sequi, cum multos omnia reliquisse, nec Christum secutos fuisse legamus. Hoc opus, hic labor est, hic salutis humanæ summa consistit: nec Christum possumus sequi, nisi omnia relinquamus, quia exultat vt gigas ad currendam viam, & oneratus eum sequi non potest. Nemo cum sarcinis enatat, ait ille disciplinæ secularis orator, quem linguæ nobilitas & profunditas sensus paupertatis amicum constituit. Merito relinquit omnia qui sequitur eum, qui est super omnia: quoniã sufficientia nostra ex eo est, & erit Deus omnia in omnibus.

Solis obedi-
entibus æter-
na salus de-
betur.

Psal. 16.

Maius est
sequi Chri-
stum, quã
omnia re-
linquere.

Ecce, inquit, nos reliquimus omnia non solum facultates mundi, sed & animi quoque cupiditates: neque enim reliquit omnia, qui retinuit vel seipsum: immo verò nihil prodest, sine seipso cætera reliquisse, quandoquidem nullum aliud onus est grauius homini, quam homo ipse. Quis enim tyrannus crudelior, quæ se uior potestas homini, quam hominis ipsius voluntas? Nunquam sub ea requiescere, nunquam sedere licet: & quo amplius te ad obediendum tibi nouerit fatigari, eo magis vrget, instigat, & onerat, pietatis immemor, misericordiam nesciens. Hoc enim proprium voluntas propria habet, vt quo obediens obedientior fuerit tibi, eo amplius eum crudelioribus vinculis internectat. Sola diligitur, cum sola digna sit odio, principium iniquitatis mortis infusio, destructio magna virtutum. Venite ergo qui laboratis & onerati estis, ad onerum leuatorem & ei uoce & opere respondere: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Attende quia olim, priusquam Verbum caro fieret, & habitaret in nobis, sequebantur patres antiqui temporis Deum, soli spiritui solo spiritu adherentes. Nunc uero sequendus etiam corpore est, ad eò, vt cum prædicti patres terrenis legantur abundasse diuitijs, de cætero nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non possit esse discipulus eius, qui cum diues esset, pro nobis factus est pauper. Relinquenda igitur

Propria uo-
luntas quã
fit homini
nocua.

Matth. 11.

Iohan. 1.

Luc. 14.

SURIUS

q. bar.
nober.
RVIII
5

igitur sunt possessiones & propriae voluntates, si volumus illum sequi, qui non habuit ubi caput suum reclinaret, & qui non venit facere voluntatem suam, sed eius qui misit illum.

Sequitur: Quid ergo erit nobis? Iam omnia reliquit Petrus, iam non solum sequitur, sed & diu securus est, & nunc primum interrogat, quidnam sit accepturus. Quid est Petre? Nonne obedientiam promisisti in auris auditione, non in pacti conventionione? Sed audite iam quid loquatur Dominus Deus, & attendite spem, in qua mundo fluctuante, sperare debemus. Amen dico vobis, quod vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos iudicantes. Infinita prorsus dulcedo miserationum Domini circa pauperes suos: nec illos relinquit in morte, pro quibus morti se ipsum exposuit & tormentis. Vos, inquit, qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos iudicantes. Quid est hoc aliud dicere, nisi consequemini, quem sequimini, si tamen persequimini, sicut scriptum est: Inquire pacem & persequere eam. Sic ergo currite, ut comprehendatis, nec prius sedere velitis, quam sedentem apprehendatis, & mereamini confedere. Exultavit ut gigas ad currendam viam, toto utique tempore, quo in terris visus est, & cum hominibus conuersatus: nec refedit, donec ad eum perueniret, quem ipse constituit laboris & tristitiae finem: Tristis est, inquit, anima mea usque ad mortem. Ergo cum sederit filius hominis in sede maiestatis, qui prius stetit in ignominiosissimo supplicio Crucis, interrogatus contumelijs, pariter & tormento, sedebitis & vos iudicantes, a quibus nunc iudicium incipit, qui minime datis requiem vobis ipsis: sicut & ille non iudicare, sed iudicari, nec ministrari venit, sed ministrare. Illic verè sedebunt sedes in iudicio: filius enim Dei, Salvator, indivisibili naturarum unitate, secundum quod Deus est, sedet à dextris Dei: secundum quod homo, assistit nunc vultui Dei pro nobis: nec erit ei scissio triumphalis, donec sit Deus omnia in omnibus, id est, corpus capiti tanta pace iungatur, ut simus ei similes, etsi non pares. Adhuc enim negatur à Iudaeis, à gentibus subannatur, laceratur ab haereticis, à falsis Christianis grauius impugnatur, & tu eum putas residere quietum, nec attendere superbiorum oculos, malignantium impetus, repugnantium voluntates? Sed in regeneratione sedebit cum sedentibus, cum nos in sincerissimum nitorem in vtraque substantia repurgabimur, & ipse, deuictis inimicis, cum amicis intrabit in gloriam. Angelos hominibus unitate sempiterna coniungens, & damna beatae refarciens ciuitatis. Hoc autem totum erit in regeneratione. Beata ista regeneratio, quae terram renouabit & caelum, terrigenas caliculis foderabit, & perpetuae pacis fontem indefessa profusione refundet.

Notandum autem, quod vna est generatio, & duae regenerationes. Et in generatione quidem, quam ex radice vitiosa contrahimus, corpus mortalitate, anima autem iniquitate repletur. In regeneratione verò baptismatis, ubi nos oportet nasci denuo, animae quidem purgatur iniquitas, sed corporis mortalitas non auferitur. Necessaria est ergo alia regeneratio, siue resurrectio, in qua reperientur etiam corpora, configurata corpori claritatis Christi, si tamen corda prius fuerint reformata ad mansuetudinem & humilitatem ipsius cordis Christi. Vnde & beatus, qui habet partem in resurrectione prima: pro eo utique, quoniam futurus est particeps & secunda. In hac ergo regeneratione cum sederit filius hominis, & cetera: Hoc est quod alio in loco scriptura loquens, pro confusione, inquit, duplici, & rubore, laudabunt partem suam. Duo enim habet paupertas sequentium Dominum, afflictionem scilicet, & vilitatem. Vnde Propheta: Vide, inquit, humilitatem meam, & laborem meum. Propterea igitur in terra sua duplicia possidebunt, ut pro vilitate sit honor iudicialis potestatis, pro afflictione refrigerium placidissima sessionis. Quando igitur sedebimus nos quorum modo nec corpus nec anima sedet, in quibus sedatum nihil, nihil quietum, nihil in eodem statu permanet? Quando liberabimur ab inquietudine mobilitatis huius? Corpus enim nostrum sedere non permittitur, cum illud impediatur & praesentis sensus doloris, & futurae mortis anxietas, quoniam passibile est & mortale. Sed & spiritus ipse nullam habet requiem, ob expectationem spei, & timoris sollicitudinem. Erit autem cum anima requiescet, in spe singulariter constituta, libera quidem à sollicitudine, sed

Luc. 9.
Iohan. 6.

Miseratio
Domini er
ga suos ele
ctos quata

Psal. 37.

Psal. 18.

Matth. 26.

Iohan. 8.

In quare
generatio
ne ei Chri
sto finis
fessura.

Vna est ge
neratio, &
duae regene
rationes
Gen. 4.
Iohan. 5.

Apoc. 20.

Esaï. 61.

Psal. 24.

Corporis
humanitatis
stabilitas.

Post mortē
carnis, ani-
ma libera
est ab omni
solicitu-
dine.

ne, sed non ab expectatione. Fiet autem hoc post mortem carnis, sed ante diem iudicii. In die autem illa, cum sederit filius hominis, perfectē & ex omni parte se debimus: quia nec corpus doloris sensu turbabitur, nec anxietur timore mortis, impassibilitatis & immortalitatis duplici stola glorificatum, liberique erimus, quod ad animam pertinet, ab expectatione & solitudine vniuersa, nihil minus habentes, nihil deinceps periculi metuentes, in perfectissima securitate, & securissima perfectione. Sedebitis, ait Dominus, ait Veritas. Solennis festio, grata qui es, plena sufficientia. Filij hominum vsquequod graui corde, vt quid diligitis vanitatem & queritis mendacium? Gloriam enim, quæ ab inuicem est, queritis, vanam vtiq̄ue & mendacem, quoniam vani filij hominum, mendaces filij hominum & gloriam, quæ a solo Deo est, non vultis, gloriam sine dubio manentem & veram. Miseri & miserabiles, qui pro breui voluptate torrentem perditis voluptatis, & diuinam vobis interrumpitis misericordiam, vt nunquam satieminī ab vberibus consolationis eius.

Psal. 4.

Alia pauperū
Christi
merces.

Sed nē magnæ promissionis dulcedinem longanimis expectatio contorqueret, mentis nostræ mobilitatem sermone temperat dulciori. Nouit enim ipse figmentum nostrum, quoniam dilationis moras pusillanimitas nostra non sustinet, idcirco benignitate sua huic quoque obuiat cogitationi, & occurrit etiam ex hac parte, dicens: Et omnis qui reliquerit aut domum, aut matrem, aut fratrem, aut uxorem, aut agros, aut filios propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Obstructum est certē os loquētium iniqua. Iamque confundantur omnes iniqua agentes superuacue. Habemus enim promissionem vitæ huius, quæ nunc est, pariter & futuræ, manifestumque est præsentis temporis esse centupli promissionem, ex eo nimirum, quod sequitur: Et vitam æternam possidebit. Sed nē quis obstinatis dissimulandi locus remaneat, vado ad Euangelium secundum Marcum, vbi apertē declaretur, temporis huius esse centupli promissionem. Ait enim Dominus: Nemo est, qui reliquerit patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Euangelium, qui non accipiat centies tantum, nunc in hoc tempore domos & fratres, & cætera quæ sequuntur. Et vt magis miremini, nec promissionem hanc, licet huius sit temporis, exhiberi de temporalibus æstimetis, additū est, cum persecutionibus. Quid enim in persecutione positi terrenæ substantiæ sancti martyres acceperunt, quando & ipsa quoque terra beatorum corporum data est in manus hominum impiorum? Quod ergo dicit centies tantum domos, aut fratres, & cætera, minimē secundum carnem intelligi posse vel ex eo manifestum est, quod centum matres accipit nemo. Iam verò si pro communitatione possessionum, & animorum affectione, quæ inter electos est, promissionem hanc volumus intelligere, aliquibus quidem, sed non omnibus poterit conuenire. Nonnullos enim sanctorum terrena hac & humana consolatione nouimus caruisse. In corde ergo, & in homine interiori centuplum istud queras necesse est, vt habeas nunc quidem fructum tuum in sanctificationem, finem verò vitam æternam.

Psal. 62.
& 24.

Mar. 10.

Locus scripturæ
purgitius
spirituali-
ter intelli-
gendus.

Qui ergo nondum centuplum acceperunt, seruentur corda sua, & vniuersa manuum suarum studia diligenter examinent: nec dubium quin inueniant angulum & diuersorium, quod Saluator non nouit. Sed vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos. Magis autem perfectius relinquunt omnia, non querant quæ sua sunt, nihil sibi retineant, nihil alijs. Sunt enim plerique, qui licet propriam exaltationem, voluptatemque satis despiciant, propinquis tamen suis quodammodo retinent, quod debuerant reliquisse, incongrua solitudine, & religioni contraria, pro eis vtiq̄ue laborantes. Quanti enim monachorum dum parentibus suis plus iusto consulunt, suas animas perdiderunt? Ergo relinquunt omnia, solum sequuntur Christum, soli Christo placere contendunt, & beneplacito voluntatis eius perigli adherent solitudine: haud dubium quin experiantur ilico, quod relinquunt omnia, & sequentibus se Veritas pollicetur. Centuplum, inquit, accipiet, & vitam æternam possidebit. Illud enim in via accipitur ad solatium, illa verò ad beatitudinem in patria possidebitur in æternum. Sed quid est centuplum istud, nisi consolationes, visitationesque, & primitiæ spiritus, qui super mel dulcis est: nisi testimonium conscientiæ nostræ, nisi læta & iucundissima iustorum expectatio, nisi memoria abundantis suauitatis Dei, & magna verè multitudo dulcedinis eius,

SURIUS

q̄ber
uoluer
RVIII
5

Luc. 9.

Monachi
debet omnia
sua relin-
quere, nec
pro alijs
nisi soli-
tudine.
Matth. 19.

Monachi debent omnia sua relinquere, nec pro alijs nisi soli- tudine. Matth. 19.

ius, quā nec expertis necesse est dicere, nec inexpertis vllis verbis exprimere quif. quam potest? Non pater, non mater, non domus, non ager, non cibus, aut vestis, non denique terrenum aliquid aut corporale: sed planē his omnibus delectabili. us, super hæc omnia dulcius atque iucundius est. Cui verò sic specialiter totus Eu. angelicæ lectionis excursus assignari potest, quemadmodum patri & magistro no. stro beato Benedicto?

Hic a pueritia mundum cum flore reliquit, & currentem Christum cursu rapi. distimo secutus est: nec destitit, donè consequeretur. Quis inter iudicantes subli. mius iudicabit? Quis ita centuplum in hac vita percepit? Quis vitam æternam glo. riosius possidebit? Eius igitur intercessione suæ gratiæ largitatem ad præsentis vi. tæ consolationem, & æternæ possessionem, nobis administrare dignetur, qui venit vt vitam habeamus, & vt abundantius habeamus, Iesus Christus Dominus noster, qui est benedictus in secula, Amen.

S. Benedi. ctus à pue. ro est Chri. stum secu. tus.

BEATI PETRI DAMIANI EPISCOPI OSTIENSIS SERMO IN COENA DOMINI, VT HABETUR OCTAUIO TOMO ALOJII.

betur octaui Tomo Aloj. ij.



HODIE, fratres charissimi, dum cenæ Dominicæ solennia 24. Martij celebramus, plurima virtutum caelestium sacramenta recolimus. Hodie nanque Saluator noster, qui caput est Angelorum, dum suis discipulis vestigia terret, veræ nobis humilitatis exemplum manifestè proposuit: vt quod impendit Dominus famulis, serui non dedignentur exhibere cō. feruis: & puluis non deneget pulueri, quod sibi congruere tantæ visum est maiestati. Vbi cum Petrus obsequiū susceperat tantum Præceptoris abnueret, & ille minas repulsiōnis,

instigatus permittit, intentaret, tremefactus tandem, & insistentis imperio pro. tinus acquiescens, ait: Domine, non tantum pedes meos, sed & manus, & caput. In quibus vtiquè verbis beatus Apostolus opera nostra, simul & cogitationes, vt à Do. mino purificentur atque mudentur, indigere signauit. Siquidem manibus opera. mar, cognitiones autem ex mente, quæ caput est interioris hominis, proferuntur. Vera ergo ac perfecta purgatio est, cum Deus omnipotens non solum opera nostra munda & immaculata custodit, sed etiā prauas cogitationes à cordibus nostris san. cti Spiritus infusione repellit. Hodie Saluator terreni panis ac vini speciem in sui corporis & sanguinis sacramenta conuertit, suisque discipulis vitalis alimonie pa. bulū ministravit. Cibus enim ille veritus, quæ primus homo, intumescere superbia & gula pruriente, percepit, per vniuersa eius viscera vitiorum omnium ac morta. lis corruptionis venena diffudit. Cōtra hoc igitur letale virus antidotū à Christia. no populo sumitur, per quod spiritualis morbi pestilentia salubriter euomatur. Huius noui sacramēta virtute fermētū ilicō condēnatæ verustatis expellimus, vt de seruitute ad libertatem spiritus, & ad noua regenerationis azyma transeamus.

Iohan. 19.

Est igitur repta & veraciter Christi corpus in hostia, & sanguis in calice.

Hodie sacrum charisma conficitur, per quod in nobis omnium caelestium chari. smatum sanctificatio designatur. Hoc videlicet illud esse sacrosanctum chrisma cognoscitur, quod non modo Sacerdotes, Reges, atque Prophetas vnxit in veteri testamento, sed etiam sanctos Apostolos, Martyres, & Confessores sanctificauit in nouo. Hodie etiam nos oleo diuinæ virtutis inungimur, vt in spiritualis palæstræ certamine colluctantes, de subactis atque conuictis hostibus triumphemus.

Chrisma sacrosanctum quid designet.

De quo nimirum oleo Propheta dicit: Computrescit iugum à facie olei. Nam cum per hoc diuini chrismatis sacramentum libertatis nobis spiritus redditur, ser. uitutis antiquæ iugum in putredinem necesse est redigatur. Hoc mysterium chris. matis Propheta Dauid indubitanter agnouit, cum vultus nostros in oleo exhila. randos esse cantauit. Enimverò cum mundi crimina Deus diluuiō quondam expi. aret effuso, futuri muneris columba similitudinem prætulit, cum oliuæ ramo pa. cem terris redditam nunciauit. Ait enim scriptura: Expectatis autem vltrā septem diebus alijs, rursūm dimisit Noë columbam ex arca. At illa venit ad eum ad vespe. ram portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore suo. In remissione ac reuersione

Esa. 10.

Psal. 103.

Gen. 7. &

Septē dona Spiritus sancti. columbe septenarius numerus ponitur, quia septem esse proculdubio sancti Spiritus dona noscuntur. Vespertina verò hora ad arcam columba reuertitur, quia Spiritus sanctus, qui in mundi principio ferebatur super aquas, iam vesperscente seculo sanctam repleuit Ecclesiam.

Leuit. 8. Ad hoc etiam diuini chris-matis pertinet sacramentum, quòd omnipotens Deus Moyli famulo suo mandatum dedit, vt Aaron fratrem suum aqua prius ablueret, deinde per infusionem huius vnguenti constitueret sacerdotem. Aaron, inquit, & filios eius vnges, sanctificabisque eos, vt sacerdotio fungantur mihi. Filii quoque Israël dices: Hoc oleum vndionis sanctum erit in generationes vestras.

Nō debet quis ante baptismū sacro chris-mate ungi aut confirmari. Porro autem sicut iam abluto per diluuiū mundo, cum oliuæ ramo ad arcam columba reuertitur: sic etiam Aaron aqua prius ablutus est, deinde chris-mate perunctus, vt ad sacerdotium promoueretur. Sic etiam nunc quilibet ad regenerationis gratiam veniens, prius sacri baptismatis vndis immergitur, vt postmodum diuini chris-matis mysterio cōsignetur. Illud præterea oleum, quod & tabernaculum feceris, & cuncta eius vtenilia consecrauit, hoc diuini chris-matis sacramentum perspicue figurauit. Ait enim Dominus Moyli: Tolles oleum de oliuetis, mensluta Hin, faciesque vndionis oleum sanctum, vnguētum compositum opere vnguentarij, & vnges ex eo tabernaculum testimonij, & arcam testamenti, mensamque cum basibus suis, candelabrum & vtenilia eius, altaria thimiamatis, & holocaustij, & vniuersam suppellectilem, quæ ad cultum eorum pertinet, sanctificabisque omnia, & erunt sancta sanctorum: qui tetigerit ea, sanctificabitur. Myticum itaq; chris-ma, quod tunc consecrabat tabernaculum in deserto, nunc Ecclesiam in nouo sanctificat testamento. Quod etiam sacramentum tunc vberius, & copiosius videtur impletum, cum Redemptor noster de Iordani vndis baptizatus exiit, & apertis caelis protinus in eum Spiritus sanctus in columbæ specie manifesta visione descendit, moxque vox Patris intonans ait: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacuit: hunc esse perspicue comprobans, cui Dauid olim eodem Spiritu edoctus aiebat: Vnxit te Dominus Deus tuus oleo latitiæ præ consortibus tuis. Ex illo sanè tunc Spiritu, qui nostrum quoque chris-ma nunc consecrat, tantam virtutem aquarum omnium natura concepit, vt in quibuscunque fluentibus sub professione deificæ Trinitatis abluendus immergatur, plenum atque perfectum nouæ regenerationis mysterium diuinitus impleatur.

Exod. 30. Hoc nostrum chris-ma illud etiam oleum typicè designabat, quo Dominus in tabernaculo septem lucernas impleri, ac iugiter ardere præcepit: Præcipe, inquit, filiis Israël, vt afferant tibi oleum de oliuis purissimum, ac lucidum, ad concinnandas lucernas iugiter extra velum testimonij in tabernaculo fœderis, ponetque eas Aaron à vespere vsque in manè coram Domino, cultu ritumque perpetuo in generationibus vestris super candelabrum purissimum ponetur semper in conspectu Domini. Quid autem per septem lucernas in tabernaculo, nisi septem significantur Ecclesiæ in vno populo Christiano? In quibus nimirum oleum iubetur indefinenter ardere, quia in ijs sincera charitas, quæ per Spiritum sanctum datur, gemini debet amoris igne feruescere, & claris atque conspicuis semper operibus coruscare. Sed cum vna sit proculdubio catholica & vniuersalis Ecclesia, sicut per Salomonem dicitur: Vna est columba mea, vna genetricis suæ: quid est, quòd in sacris eloquijs septem esse referuntur Ecclesiæ, nisi quia vna est per vnitatem fidei, septiformis est per totidem dona Spiritus sancti? Hæ sunt enim septem mulieres, quæ iuxta Prophetæ vaticinium, accepere virum vnum. Vir autem Ecclesiæ, Christus. Hoc planè sancti Spiritus oleo cuncta sacrarum scripturarum pabula conduntur, vt animarum nostrarum viscera saginētur. Hoc oleum vitalibus epulis eloquij celestis infusum sapit in faucibus animæ, cuius & stomachū recreat, & gustum percipientis obdulcat. Nam scriptum est: Litera occidit, Spiritus autem viuificat. Vnde sciendum est, quia omnes sacrarum voluminum pagine sancti Spiritus oleo sunt conditæ. Quamobrè & in libro Numerorum legitur: Quia circuibat populus, & colligens manna, frangebatur mola, siue terebatur in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati.

Myticum chris-ma Ecclesiam significat. Porro autem sicut iam abluto per diluuiū mundo, cum oliuæ ramo ad arcam columba reuertitur: sic etiam Aaron aqua prius ablutus est, deinde chris-mate perunctus, vt ad sacerdotium promoueretur. Sic etiam nunc quilibet ad regenerationis gratiam veniens, prius sacri baptismatis vndis immergitur, vt postmodum diuini chris-matis mysterio cōsignetur. Illud præterea oleum, quod & tabernaculum feceris, & cuncta eius vtenilia consecrauit, hoc diuini chris-matis sacramentum perspicue figurauit. Ait enim Dominus Moyli: Tolles oleum de oliuetis, mensluta Hin, faciesque vndionis oleum sanctum, vnguētum compositum opere vnguentarij, & vnges ex eo tabernaculum testimonij, & arcam testamenti, mensamque cum basibus suis, candelabrum & vtenilia eius, altaria thimiamatis, & holocaustij, & vniuersam suppellectilem, quæ ad cultum eorum pertinet, sanctificabisque omnia, & erunt sancta sanctorum: qui tetigerit ea, sanctificabitur. Myticum itaq; chris-ma, quod tunc consecrabat tabernaculum in deserto, nunc Ecclesiam in nouo sanctificat testamento. Quod etiam sacramentum tunc vberius, & copiosius videtur impletum, cum Redemptor noster de Iordani vndis baptizatus exiit, & apertis caelis protinus in eum Spiritus sanctus in columbæ specie manifesta visione descendit, moxque vox Patris intonans ait: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacuit: hunc esse perspicue comprobans, cui Dauid olim eodem Spiritu edoctus aiebat: Vnxit te Dominus Deus tuus oleo latitiæ præ consortibus tuis. Ex illo sanè tunc Spiritu, qui nostrum quoque chris-ma nunc consecrat, tantam virtutem aquarum omnium natura concepit, vt in quibuscunque fluentibus sub professione deificæ Trinitatis abluendus immergatur, plenum atque perfectum nouæ regenerationis mysterium diuinitus impleatur.

Matth. 3. Hoc nostrum chris-ma illud etiam oleum typicè designabat, quo Dominus in tabernaculo septem lucernas impleri, ac iugiter ardere præcepit: Præcipe, inquit, filiis Israël, vt afferant tibi oleum de oliuis purissimum, ac lucidum, ad concinnandas lucernas iugiter extra velum testimonij in tabernaculo fœderis, ponetque eas Aaron à vespere vsque in manè coram Domino, cultu ritumque perpetuo in generationibus vestris super candelabrum purissimum ponetur semper in conspectu Domini. Quid autem per septem lucernas in tabernaculo, nisi septem significantur Ecclesiæ in vno populo Christiano? In quibus nimirum oleum iubetur indefinenter ardere, quia in ijs sincera charitas, quæ per Spiritum sanctum datur, gemini debet amoris igne feruescere, & claris atque conspicuis semper operibus coruscare. Sed cum vna sit proculdubio catholica & vniuersalis Ecclesia, sicut per Salomonem dicitur: Vna est columba mea, vna genetricis suæ: quid est, quòd in sacris eloquijs septem esse referuntur Ecclesiæ, nisi quia vna est per vnitatem fidei, septiformis est per totidem dona Spiritus sancti? Hæ sunt enim septem mulieres, quæ iuxta Prophetæ vaticinium, accepere virum vnum. Vir autem Ecclesiæ, Christus. Hoc planè sancti Spiritus oleo cuncta sacrarum scripturarum pabula conduntur, vt animarum nostrarum viscera saginētur. Hoc oleum vitalibus epulis eloquij celestis infusum sapit in faucibus animæ, cuius & stomachū recreat, & gustum percipientis obdulcat. Nam scriptum est: Litera occidit, Spiritus autem viuificat. Vnde sciendum est, quia omnes sacrarum voluminum pagine sancti Spiritus oleo sunt conditæ. Quamobrè & in libro Numerorum legitur: Quia circuibat populus, & colligens manna, frangebatur mola, siue terebatur in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati.

Psal. 44. Hoc nostrum chris-ma illud etiam oleum typicè designabat, quo Dominus in tabernaculo septem lucernas impleri, ac iugiter ardere præcepit: Præcipe, inquit, filiis Israël, vt afferant tibi oleum de oliuis purissimum, ac lucidum, ad concinnandas lucernas iugiter extra velum testimonij in tabernaculo fœderis, ponetque eas Aaron à vespere vsque in manè coram Domino, cultu ritumque perpetuo in generationibus vestris super candelabrum purissimum ponetur semper in conspectu Domini. Quid autem per septem lucernas in tabernaculo, nisi septem significantur Ecclesiæ in vno populo Christiano? In quibus nimirum oleum iubetur indefinenter ardere, quia in ijs sincera charitas, quæ per Spiritum sanctum datur, gemini debet amoris igne feruescere, & claris atque conspicuis semper operibus coruscare. Sed cum vna sit proculdubio catholica & vniuersalis Ecclesia, sicut per Salomonem dicitur: Vna est columba mea, vna genetricis suæ: quid est, quòd in sacris eloquijs septem esse referuntur Ecclesiæ, nisi quia vna est per vnitatem fidei, septiformis est per totidem dona Spiritus sancti? Hæ sunt enim septem mulieres, quæ iuxta Prophetæ vaticinium, accepere virum vnum. Vir autem Ecclesiæ, Christus. Hoc planè sancti Spiritus oleo cuncta sacrarum scripturarum pabula conduntur, vt animarum nostrarum viscera saginētur. Hoc oleum vitalibus epulis eloquij celestis infusum sapit in faucibus animæ, cuius & stomachū recreat, & gustum percipientis obdulcat. Nam scriptum est: Litera occidit, Spiritus autem viuificat. Vnde sciendum est, quia omnes sacrarum voluminum pagine sancti Spiritus oleo sunt conditæ. Quamobrè & in libro Numerorum legitur: Quia circuibat populus, & colligens manna, frangebatur mola, siue terebatur in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati.

Exod. 27. Num. 8. Hoc nostrum chris-ma illud etiam oleum typicè designabat, quo Dominus in tabernaculo septem lucernas impleri, ac iugiter ardere præcepit: Præcipe, inquit, filiis Israël, vt afferant tibi oleum de oliuis purissimum, ac lucidum, ad concinnandas lucernas iugiter extra velum testimonij in tabernaculo fœderis, ponetque eas Aaron à vespere vsque in manè coram Domino, cultu ritumque perpetuo in generationibus vestris super candelabrum purissimum ponetur semper in conspectu Domini. Quid autem per septem lucernas in tabernaculo, nisi septem significantur Ecclesiæ in vno populo Christiano? In quibus nimirum oleum iubetur indefinenter ardere, quia in ijs sincera charitas, quæ per Spiritum sanctum datur, gemini debet amoris igne feruescere, & claris atque conspicuis semper operibus coruscare. Sed cum vna sit proculdubio catholica & vniuersalis Ecclesia, sicut per Salomonem dicitur: Vna est columba mea, vna genetricis suæ: quid est, quòd in sacris eloquijs septem esse referuntur Ecclesiæ, nisi quia vna est per vnitatem fidei, septiformis est per totidem dona Spiritus sancti? Hæ sunt enim septem mulieres, quæ iuxta Prophetæ vaticinium, accepere virum vnum. Vir autem Ecclesiæ, Christus. Hoc planè sancti Spiritus oleo cuncta sacrarum scripturarum pabula conduntur, vt animarum nostrarum viscera saginētur. Hoc oleum vitalibus epulis eloquij celestis infusum sapit in faucibus animæ, cuius & stomachū recreat, & gustum percipientis obdulcat. Nam scriptum est: Litera occidit, Spiritus autem viuificat. Vnde sciendum est, quia omnes sacrarum voluminum pagine sancti Spiritus oleo sunt conditæ. Quamobrè & in libro Numerorum legitur: Quia circuibat populus, & colligens manna, frangebatur mola, siue terebatur in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati.

Vna est catholica & vniuersalis Ecclesia Cant. 6. Vna est columba mea, vna genetricis suæ: quid est, quòd in sacris eloquijs septem esse referuntur Ecclesiæ, nisi quia vna est per vnitatem fidei, septiformis est per totidem dona Spiritus sancti? Hæ sunt enim septem mulieres, quæ iuxta Prophetæ vaticinium, accepere virum vnum. Vir autem Ecclesiæ, Christus. Hoc planè sancti Spiritus oleo cuncta sacrarum scripturarum pabula conduntur, vt animarum nostrarum viscera saginētur. Hoc oleum vitalibus epulis eloquij celestis infusum sapit in faucibus animæ, cuius & stomachū recreat, & gustum percipientis obdulcat. Nam scriptum est: Litera occidit, Spiritus autem viuificat. Vnde sciendum est, quia omnes sacrarum voluminum pagine sancti Spiritus oleo sunt conditæ. Quamobrè & in libro Numerorum legitur: Quia circuibat populus, & colligens manna, frangebatur mola, siue terebatur in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati.

Esa. 4. Hoc nostrum chris-ma illud etiam oleum typicè designabat, quo Dominus in tabernaculo septem lucernas impleri, ac iugiter ardere præcepit: Præcipe, inquit, filiis Israël, vt afferant tibi oleum de oliuis purissimum, ac lucidum, ad concinnandas lucernas iugiter extra velum testimonij in tabernaculo fœderis, ponetque eas Aaron à vespere vsque in manè coram Domino, cultu ritumque perpetuo in generationibus vestris super candelabrum purissimum ponetur semper in conspectu Domini. Quid autem per septem lucernas in tabernaculo, nisi septem significantur Ecclesiæ in vno populo Christiano? In quibus nimirum oleum iubetur indefinenter ardere, quia in ijs sincera charitas, quæ per Spiritum sanctum datur, gemini debet amoris igne feruescere, & claris atque conspicuis semper operibus coruscare. Sed cum vna sit proculdubio catholica & vniuersalis Ecclesia, sicut per Salomonem dicitur: Vna est columba mea, vna genetricis suæ: quid est, quòd in sacris eloquijs septem esse referuntur Ecclesiæ, nisi quia vna est per vnitatem fidei, septiformis est per totidem dona Spiritus sancti? Hæ sunt enim septem mulieres, quæ iuxta Prophetæ vaticinium, accepere virum vnum. Vir autem Ecclesiæ, Christus. Hoc planè sancti Spiritus oleo cuncta sacrarum scripturarum pabula conduntur, vt animarum nostrarum viscera saginētur. Hoc oleum vitalibus epulis eloquij celestis infusum sapit in faucibus animæ, cuius & stomachū recreat, & gustum percipientis obdulcat. Nam scriptum est: Litera occidit, Spiritus autem viuificat. Vnde sciendum est, quia omnes sacrarum voluminum pagine sancti Spiritus oleo sunt conditæ. Quamobrè & in libro Numerorum legitur: Quia circuibat populus, & colligens manna, frangebatur mola, siue terebatur in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati.

1. Cor. 3. Hoc nostrum chris-ma illud etiam oleum typicè designabat, quo Dominus in tabernaculo septem lucernas impleri, ac iugiter ardere præcepit: Præcipe, inquit, filiis Israël, vt afferant tibi oleum de oliuis purissimum, ac lucidum, ad concinnandas lucernas iugiter extra velum testimonij in tabernaculo fœderis, ponetque eas Aaron à vespere vsque in manè coram Domino, cultu ritumque perpetuo in generationibus vestris super candelabrum purissimum ponetur semper in conspectu Domini. Quid autem per septem lucernas in tabernaculo, nisi septem significantur Ecclesiæ in vno populo Christiano? In quibus nimirum oleum iubetur indefinenter ardere, quia in ijs sincera charitas, quæ per Spiritum sanctum datur, gemini debet amoris igne feruescere, & claris atque conspicuis semper operibus coruscare. Sed cum vna sit proculdubio catholica & vniuersalis Ecclesia, sicut per Salomonem dicitur: Vna est columba mea, vna genetricis suæ: quid est, quòd in sacris eloquijs septem esse referuntur Ecclesiæ, nisi quia vna est per vnitatem fidei, septiformis est per totidem dona Spiritus sancti? Hæ sunt enim septem mulieres, quæ iuxta Prophetæ vaticinium, accepere virum vnum. Vir autem Ecclesiæ, Christus. Hoc planè sancti Spiritus oleo cuncta sacrarum scripturarum pabula conduntur, vt animarum nostrarum viscera saginētur. Hoc oleum vitalibus epulis eloquij celestis infusum sapit in faucibus animæ, cuius & stomachū recreat, & gustum percipientis obdulcat. Nam scriptum est: Litera occidit, Spiritus autem viuificat. Vnde sciendum est, quia omnes sacrarum voluminum pagine sancti Spiritus oleo sunt conditæ. Quamobrè & in libro Numerorum legitur: Quia circuibat populus, & colligens manna, frangebatur mola, siue terebatur in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati.

Num. 11. Hoc nostrum chris-ma illud etiam oleum typicè designabat, quo Dominus in tabernaculo septem lucernas impleri, ac iugiter ardere præcepit: Præcipe, inquit, filiis Israël, vt afferant tibi oleum de oliuis purissimum, ac lucidum, ad concinnandas lucernas iugiter extra velum testimonij in tabernaculo fœderis, ponetque eas Aaron à vespere vsque in manè coram Domino, cultu ritumque perpetuo in generationibus vestris super candelabrum purissimum ponetur semper in conspectu Domini. Quid autem per septem lucernas in tabernaculo, nisi septem significantur Ecclesiæ in vno populo Christiano? In quibus nimirum oleum iubetur indefinenter ardere, quia in ijs sincera charitas, quæ per Spiritum sanctum datur, gemini debet amoris igne feruescere, & claris atque conspicuis semper operibus coruscare. Sed cum vna sit proculdubio catholica & vniuersalis Ecclesia, sicut per Salomonem dicitur: Vna est columba mea, vna genetricis suæ: quid est, quòd in sacris eloquijs septem esse referuntur Ecclesiæ, nisi quia vna est per vnitatem fidei, septiformis est per totidem dona Spiritus sancti? Hæ sunt enim septem mulieres, quæ iuxta Prophetæ vaticinium, accepere virum vnum. Vir autem Ecclesiæ, Christus. Hoc planè sancti Spiritus oleo cuncta sacrarum scripturarum pabula conduntur, vt animarum nostrarum viscera saginētur. Hoc oleum vitalibus epulis eloquij celestis infusum sapit in faucibus animæ, cuius & stomachū recreat, & gustum percipientis obdulcat. Nam scriptum est: Litera occidit, Spiritus autem viuificat. Vnde sciendum est, quia omnes sacrarum voluminum pagine sancti Spiritus oleo sunt conditæ. Quamobrè & in libro Numerorum legitur: Quia circuibat populus, & colligens manna, frangebatur mola, siue terebatur in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati.

Māna quid designarit. Porro autem quasi per multa in cancellario Domini dolia transitū habuimus, vt ad solum oleatum, velut olei vasculum, peruenire possemus. Manna denique, quo plebs viuerebat Israëlitica, sacrum designabat eloquium, quo nutritur & vegetatur.

SURIUS

q. bar.
vener.
RVIII
5

tatur religio Christiana. Quod utique veraciter oleatum est, quia mystica sancti Spiritus est unctio conserpsum. Notandum verò, quia idem manna, quod in libro Numerorum dicitur oleatum, in Exodo legitur non olei, sed mellis potius habuisse saporem. Gustus, inquit, eius erat quasi similis cum melle. Quidnam est, quod Angelicus ille cibus prius dicitur mellis exhibuisse dulcedinem, & postmodum non mellis, sed olei præbuisse suauitatem, nisi quod Redemptor noster sacramentum omnium author & cōditor scripturarum, quem videlicet illud manna principaliter figurabat, & antepassionem velut mel dulcedinem exhibuit miraculorum, & post Ascensionem suam, tanquam oleum, in discipulos suos effudit Spiritum sanctum? Nam quasi mellis videtur propinasse dulcedinem, dum signis atque virtutibus coruscavit: olei verò tunc suauitatem dedisse, cum in Apostolos suos sancti Spiritus paracliti dona diffudit. Quem videlicet ordinem Moyses congrue tenuit, cum in Deuteronomio de petra, quæ & nihilominus manna erat, typice decantavit: Ut sugeret, inquit, mel, de petra, & oleum de firma petra. De hoc mystice unctiois oleo sponsa ad sponsum dicit in Canticis: Unguentum effusum nomen tuum. Unguentum quidem effusum sponsi nomen asseritur, quia sicut à Chrismate Christus, ita consequenter à Christo dicitur Christianus.

Exod. 16.

Act. 1. & 2.

Deut. 32.

Cant. 1.

Quia igitur, dilectissimi, per gratiam Saluatoris nostri iam huius Chrismatis percepimus sacramentum, quia tam regie dignitatis expressum præferimus in fronte signaculum, studeamus ita nobiliter viuere, ut conuersatio nostra tam diuinis, tam que magnificis mysterijs valeat concordare. Nos enim sumus, quibus per primum Apostolorum dicitur: Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutem annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Et certe satis ignobile est sub vitiorum carnalium viuere seruitute, qui, Deo nos adoptante, regij obtinemus generis dignitatem. Nihil turpe est, ut terrenæ simus concupiscentiæ dediti, qui & Dei vocamur filij, & ad obtinendam cælestem hereditatem per Christi gratiam meremur adscribi. Planè quia Crucifixi præceptoris nos constat esse discipulos, dignum est ut etiam nosmetipsos huic nequam seculo præbeamus extinctos. A portanda igitur Cruce post Magistrum nostrum & Dominum nulla nos negocij temporalis cura præpediat, nullus amor terrenæ substantiæ vel illecebræ carnalis auertat. Dirigamus fidei ac deuotionis nostræ oculos perstratam iam, nobisque propositam viam Crucis, ut per eam inoffensis gressibus incedentes, ad eum mereamur attingere, qui author est & promouator ad gloriam resurrectionis, cum Deo Patre & Spiritu sancto viuens & regnans in secula seculorum, Amen.

i. Pet. 2.

Omnes vè

ri Christia

ni regie

sunt digni

tatis.

IN LAUDEM VENERABILIS SACRAMENTI

EUCCHARISTIAE SERMO BEATI IOHANNIS DAMAS-

sceni. Habetur libro quarto cap. quartodécimo de Orthodoxa fide,

Iacobo Billio Abbate interprete.

BONVS ille, atque vndequaquè bonus, immò bonitate Martij 24.
omni sublimior Deus, qui què totus bonitas est, pro eximijs Dei boni-
bonitatis suæ opibus bonum solum esse, hoc est naturam tas Anglo-
suam, qua nulla res frueretur, minimè passus est: verum & rum atque
eam ob causam primùm intellectuales illas & cælestes vir- hominum
tutes, ac deinde mundum hunc visibilem & in sensum ca- procrean-
dentè, atque ita demùm ex intellectualem & sub sensum cadente dorij causa
te hominem procreauit. Ac res quidem omnes ab eo conditæ, atque fuit.
ditæ, essentia ratione, bonitatis ipsius participes sunt. Ipse enim rebus omnibus esse est, quandoquidem in ipso omnia sunt: non eo tantum nomine, quòd ipse ea ex nihilo in ortum protulit, verum ob id etiam, quod ipse vis ac facultas res se conditas tuetur atque conseruat. Vberius autem animantia. Nā Rom. 11.
& quatenus sunt, & quatenus vita prædita sunt, bonū ipsis impertitur. At verò ea, quæ ratione vtuntur, tum ob ea, quæ ante diximus, tum ob rationem etiam boni participatione copiosius adhuc fruuntur. Arctiori etenim quodammodo necessitudine cum eo coniuncta sunt: tametsi alioqui ille incomparabili magnitudine omnia superet. Et verò homo, ut potè ita conditus, ut & ratione vteretur, & arbitrij liber.

Homo a bi

trij libera

te donatur

libertate prae datus esset, hanc potestatem acceperat, ut per suam voluntatem animi
que inductionem sine vlla intermissione Deo coniungeretur, si quidem in bono,
hoc est in Creatoris obedientia, persistisset.

Heb. 2.

Quoniam autem Creatoris sui praeceptum violavit, ac sub morte & corruptio-
ne cecidit, idecirco generis nostri parens & effector ob viscera misericordiae suae no-
bis adequatus est, per omnia videlicet, excepto peccato, homo effectus, nostraeque
naturae unitus. Nam quia ipsius imaginem ac spiritum, quem nobis tribuerat, minime
seruauimus, ipse pauperis & imbecillae naturae nostrae particeps factus est: quod nos
lustraret, atque in incorruptionem vindicaret, diuinitatisque suae rursus participes
redderet. Oporrebat porro non primitias tantum nostrae naturae, sed & quemlibet
hominem in participationem summi illius boni venire, ac denuo nasci, nouoque
alimento ac natiuitati consentaneo vesci, sicque ad plenam ac perfectam mensu-
ram peruenire. Ac proinde Christus per natiuitatem suam, hoc est, incarnationem
& baptismum, ac passionem & resurrectionem, naturam nostram a primi parentis
peccato & morte ac corruptione liberauit, resurrectionemque auspiciatus est, ac
seipsum viam & normam atque exemplar constituit, ut nos quoque ipsius veligis
harentes, quod ipse naturam est, hoc adoptionis beneficio simus, filij nimirum & ha-
redes Dei, ipsiusque cohaeredes. Nobis itaque secundum, ut iam dixi, ortum dedit
ut quemadmodum ex Adamo progeniti, similitudinem ipsius contraximus, ac ma-
ledictionem & corruptionem hereditate consecuti sumus: ad eundem quoque
modum ex ipso progeniti, similes ei efficiamur, atque immortalitatis & benedi-
ctionis, ipsiusque gloriae hereditatem percipiamus. Quoniam autem spiritualis hic
Adamus est, par scilicet erat, ut natiuitas quoque spiritualis, atque item cibus esset.

Dei boni-
tas per ho-
minem Chri-
stum Dei
filium, nos
restaura-
uit.

Rom. 8.
Ut secun-
dam nati-
uitate no-
bis dedit
Christum
& cibum
hunc con-
gruentem.

I. Iohan. 6.
Iohan. 3.

Verum quia ex duplici natura compositi atque concreti sumus, duplicem quoque
proinde natiuitatem, atque item compositum cibum esse necesse erat. Quocirca
natiuitas quidem nobis per aquam & Spiritum, hoc est per sanctum Baptismum,
data est: cibus autem panis ipse vitae, hoc est Dominus noster Iesus Christus, qui de
caelo descendit. Nam cum voluntariam mortem nostrae causa suscepimus, ea
nocte, qua seipsum tradebat, Testamentum nouum sanctis suis discipulis & Apo-
stolis, ac per eos omnibus qui in eum credunt instituit. Itaque in sancta & illustria
Sion coenaculo, cum vetus pascha cum discipulis suis edisset, ac verus Testamentum
expleuisset, discipulorum pedes lauit, per id videlicet sanctum Baptismum designans.

Iohan. 13.

Matth. 26.

Ac cum fractum panem porrexit eis, dicens, Accipite & manducate, hoc est corpus
meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum. Consimilique mo-
do acceptum calicem, ex vino & aqua constantem, imperitui eis, dicens: Bibite ex
hoc omnes. Hic est sanguis meus noui Testamenti, qui pro vobis effunditur in remis-
sionem peccatorum: hoc facite in meam commemorationem. Quotiescunq; enim
manducabitis panem hunc, & calicem hunc bibetis, mortem filij hominis annun-
ciabitis, resurrectionemque ipsius confitebimini, donec veniat.

Heb. 4.
Psal. 124.
Gen. 1.
Psal. 32.
Ab alijs
Christi mi-
raculis Eu-
charistiae
fidem ad-
struit.

Quamobrem si sermo Dei viuus est & efficax, ac Dominus omnia quaecunq;
voluit fecit: si dixit, Fiat lux, & facta est, Fiat firmamentum, & factum est: si verbo
Domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum: si caelum & ter-
ra, aqua item & ignis & aer, & omne eorum ornamentum, Domini verbo comple-
tum & absolutum est, atque hoc etiam nobilissimum animal, quod homo nuncu-
patur: si ipsemet Deus Verbum, posteaquam ita voluntas ipsius tulit, homo factus
est, atque ex puris & immaculatis sanctae ac semper Virginis sanguinibus carnem
sibi ipsi sine semine condidit, quid tandem afferri potest, quin ex panis corporis suam,
ex vino & aqua sanguinem suum, efficere queat? Dixit antiquitus, Producat terra
herbam virentem: atque ea etiam nunc orto imbre fetus suos producit, diuino
praecepto impulsam ac roborata. Dixit Deus, Hoc est corpus meum, & hic sanguis
meus, &, Hoc facite in meam commemorationem: atque omnipotenti ipsius prae-
cepto, donec ipse veniat, hoc efficitur: (His enim verbis vis inumbrans
pluuia huic nouae segeti per consecrationem existit sancti Spiritus vis inumbrans.
Quemadmodum enim quicquid Deus fecit, id sancti Spiritus opera fecit: eodem
modo nunc quoque Spiritus operatio, ea quae naturam superant, efficit, quae nisi
sola fide capi atque intelligi nequeunt. Quo tandem modo mihi fieri istud? aiebat
sancta Virgo: quoniam virum non cognosco. Respondet Archangelus Gabriel:
Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Tu quoque
nunc

Luc. 1.

SURIUS

q. ber-
uoluer
RVIII
5

DE VENERABILI SACRAMENTO EVCHARISTIAE. 101

nunc quæris quomodo panis corpus Christi, & vinum cum aqua coniunctum sanguis Christi fiat? Tibi item respondeo: Spiritus sanctus superuenit, eaque efficit, quæ orationis facultatem ac mentis intelligentiam excedunt. Panis porrò & vinum ob eam causam adhibentur, quia Deo nota & explorata est humana imbecillitas, quippè quæ ut plurimum ea quæ vsu & consuetudine minimè trita sunt, grauius ferat, & auersetur. Quo fit, ut ille, pro ea, qua uti solet, erga nos indulgentia, per ea quæ naturæ vsitata ac familiaria sunt, ea quæ naturam superant, efficiat. Et quemadmodum ipse, quoniam in hominum more positum est, ut aqua lauentur, & oleo unguantur, idcirco in Baptismo gratiam Spiritus cum oleo & aqua copulauit, fecitque illud lauacrum regenerationis: eodem modò quoniam ita fert hominum vsus atque consuetudo, ut panem edant, vinumque & aquam bibant, idcirco diuinitatem suam cum ipsis coniunxit, eaque corpus & sanguinem suum fecit, ut per vsitata naturæque consentanea, ad ea, quæ supra naturam sunt, assurgamus. Sanè corpus diuinitati verè vnitum est illud corpus, quod ex sancta Virgine ortum est: non quòd assumptum illud corpus è cælo descenderit: sed quia panis ipse ac vinum in corpus & sanguinem Dei immutantur. Quòd si, quo pacto id fiat, requiris, fat tibi sit audire, quòd per sanctum Spiritum id fiat, quemadmodum & ex sancta Dei matre per Spiritum sanctum Dominus sibi ipsi & in seipso carnem cõdidit. Nec quicquam amplius nobis perspectum & exploratum est, quàm quòd verbum Dei verum est & efficax, atque omnipotens: nam modus eiusmodi est, ut nulla ratione indagari queat. Quin ne hoc quoque alienum fuerit dicere, quòd quemadmodum naturaliter panis per cibum & vinum, & aqua per potum, in comedentis ac bibentis corpus & sanguinem immutantur, corpusque alterum fiunt, atque à priori ipsius corpore diuersum: sic propositionis panis ac vinum & aqua per sancti Spiritus inuocationem & aduètum mirabili modo in Christi corpus & sanguinem vertuntur, nec sunt duo, sed vnum & idem. Quocirca ijs, qui sacramentum istud per fidem dignè percipiunt, in peccatorum remissionem & vitam æternam, animique & corporis præsidium cedit: ijs contra, qui perfidè indigneque suscipiunt, in pœnam ac supplicium: haud secus videlicet, ac Domini mors credètibis quidem vita & in corruptio extitit ad sempiternæ beatitudinis oblectationem, incredulis autè, Domini que carnificibus, in pœnam ac cruciatum sempiternum.

Nec verò panis & vinum corporis Christi figura sunt, (abstinent enim hoc) verum ipsummet Domini corpus diuinitate affectum: quippè cum Dominus ipse dixerit. Hoc est, non corporis signum, sed corpus, nec sanguis signum, sed sanguis. Et prius adhuc, ad Iudæos sermonem habens, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nõ habebitis vitam in vobis. Caro enim mea verus est cibus, & sanguis meus verus est potus. Ac rursus, Qui manducat me, viuet. Ac proinde summo cum metu & pura conscientia, fideque haudquaquam dubia accedamus: ac profectò sic nobis fiet, quæ iam modum firmè ac constanter credimus. Ipsum porrò omni puritate colamus, hoc est, & spiritali, & corporea: siquidem duplex ipse est. Ardenti cupiditate ad eum adeamus, manibusque in crucis formam compositis crucifixi corpus suscipiamus, atque & oculis, & labijs, & frontibus impositis, diuini carbonis participes efficiamur, ut ignis desiderij in nobis insiti, assumpta ea, quæ ex carbone oritur, inflammatione, peccata nostra exurat, ac pectora nostra collustrat: demusque operam, ut per diuini ignis perceptionem inardescamus, Diique efficiamur. Vidit quippè carbonem Esaias. Carbo porrò non simplex lignum est, sed igni vnitum. Sic panis quoque communionis, non simplex panis est, sed diuinitati vnitus. Corpus autem, quod diuinitati vnitum est, non vna natura est: sed vna quidem corporis, altera autem diuinitatis cum ipso coniuncta. Quo fit, ut vtrunque, non vna natura sit, sed duæ. Abrahamum ex alienigenarum strage redeuntem ille summi Dei sacerdos Melchisedech pane ac vino excepit. Mensa illa mysticam hanc adumbrabat, quemadmodum & sacerdos ille veri Pontificis Christi figuram & imaginem præ se ferebat. Tu enim, inquit, es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Panem hunc panes propositionis adumbrabant. Hoc videlicet illud est purum & incruentum sacrificium quod Dominus à solis ortu vsque ad occasum oblatum iri per prophetam prædixit. Corpus ac sanguis Christi est, ad animæ & corporis nostri incolumitatem tendens, quòd nec consumitur, nec corrumpitur, nec in secessum abit (auertat hoc Deus) verum ad nostram

Cur panis & vinum in Euchari- stia adhibe- antur.

Cur in ba- ptismo sa- crum oleū adhibea- tur.

Quid ref- pondendū quærenti- bus, quo pa- cto corpus christi fiat in Eucha- ristia.

Sancti spi- ritus opera- tione, sa- cramentū Euchari- stia consti- tur. 1. Cor. 11.

In eos qui tyrum sibi fingunt in Euchari- stia. Matth. 26. Iohan. 6.

Quo pacto suscipienda Euchari- stia.

Esa. 6. Panem cõ- munionis corpus Do- minicum in- tellige, quod panis dicitur prop- ter figurā & speciem. Gen. 4. Psal. 109. Leuit. 24. Mal. 1.

nostram substantiam & conseruationem tendit, atque omne incommo- dum pro- pulsat, eamque vim habet, vt spurcitiem omnem abstergat. Si adulterium aurum nanciscatur, per explorantem inflammationem purgat, nè in futurum cum mun- do condemnemur. Omnes enim morbos, immissasque calamitates purgat: quem- admodum ait Apostolus, Si enim nos ipsos diiudicemus, non vtique iudicare- mur. Cum iudicamur autem à Domino, corripimur, vt non cum hoc mundo di- nemur. Atque hoc est quod ait, Itaque qui percipit corpus & sanguinem Domini, ipsiusque spiritu vnimur, ac Christi corpus efficitur. Panis hic delibatio est fu- turi panis, qui supersubstantialis est. Siquidem supersubstantiale, vel futurum sig- nificat, hoc est panem futuri seculi, vel eum qui ad tuendam substantiam nostram adhibetur. Quamobrem siue hoc, siue illo modo accipiat, corpus Domini apte dicitur. Viuificus etenim spiritus est caro Domini: quandoquidem ex viuifico spi- ritu concepta est. Quod enim ex spiritu natum est, spiritus est. Quæ tamen non eò à me commemorantur, vt corporis naturam submoueam, ac de medio tollam, ve- rum vt illud viuificum esse ac diuinum ostendam.

Super-
sub-
stantiale
quid signi-
ficet.

Iohan. 3.

Basil. in Li-
turg.
Panis ante
consecrati-
onem dicitur,
post ve-
rò corpus
Domini.
1. Cor. 10.

Hæreticis
nec danda
Euchari-
stia nec ab
ipsis sume-
da.
Matth. 7.

1. Cor. 10.

Quod si nonnulli panem ac vinum corporis ac sanguinis Domini figuram esse dixerunt, quemadmodum ille diuinitus afflatus Basilius, non hoc post conse- crationem dixerunt, sed antequàm oblatio ea consecraretur, hoc vocabulum vsurparunt. Participatio autem etiam hoc sacramentum dicitur: quia per illud diuinitatis lesu participes efficitur. Communio item optimo iure appellatur: quia per illud cum Christo commercium habemus, ac carnem ipsius & diuinita- tem percipimus, atque ad eò nos inter nos communicamus atque copulamur. Quoniam enim ex vno pane participamus, omnes vnum Christi corpus, & vnus sanguis, & aliorum membra efficitur, Christi que concorporei existimus. Cæ- terum illud pro viribus caueamus, nè sacramentum hoc vel ab hæreticis accipiamus, vel illis demus. (Nolite enim sanctum dare canibus, inquit Dominus, nec proiciatis margaritas vestras ante porcos:) nè alioqui & eorù errorè, & condemnationem, no- bis cõtrahamus. Nã si omninò hoc afferit istud sacramentum, vt & Christo, & alijs vniamur, nõ est dubium quin omnibus, qui nobiscum illud percipiunt, animo ac vo- luntate copulemur. Ex voluntate quippè cõiunctio hæc existit, non autem citra ani- mi nostri sententiam. Omnes enim, vt Apostoli verbis vtar, vnum corpus sumus, quoniam ex vno pane participamus. Figura porro rerum futurarum idcirco di- cuntur, non quòd non verè corpus ac sanguis Christi sunt, sed quòd nunc quidem diuinitatis Christi per ea participes efficiamur, tunc autem intellectuali modo, ac per solum ad spectum.

**SERMO DIVI EPHRÆM VIRI SANCTISSIMI
ET ILLUMINATISSIMI, ECCLESIAE EDISSENÆ
Diaconi, de Passione Domini Saluatoris, Ambrosio Camaldul-
lensi interprete.**

Martij 25.

Pro pecca-
toribus tra-
ditus est Do-
minus.



I OQVI timeo, & narrationem plenam horro- ris lingue officio aggredi. Est enim reuerà metus ingens de passione Domini Saluatoris verba facere, & tentare tanta rei indi- gnitatem explicare. Hodie nanque Dominus noster tradi- tus est in manus peccatorum. Sed cuius rei gratia est tradi- tus sanctus, innocens, caelestis Dominus, ac sine peccato? Qui nihil peccauerat, hodie traditus est. Venite, fratres, dis- camus quare traditus sit Christus Saluator noster. Propter nos impios Dominus traditur, vt liberet à morte proprios non obtupescat: Peccantibus seruis Dominus traditur, vt liberet à morte proprios seruos, qui antè peccauerant. Perditiõis ac tenebrarù filij in tenebris exierunt cum comprehendere, qui in istu oculi poterat oes exurere. Vidit illorum audaciam Do- minus & vesanã iracundiam, seq; ipsum cum omni mansuetudine sponte sua im- piorum tradidit manibus. Vinxerunt perditimaculatam Dãm, illuferuntque ei, qui alligauerat fortem insolubilibus nexibus, nosq; à peccatorum nostrorù vincu- lis soluerat. Texerunt & coronam spinarù, quas pro fructu tulerat vinea Iudæorù. Illu- sc.

SURIUS

q. ber
10. ber
RVIII
5

Illuserunt ei Regem appellantes, & conspuerunt in facie eius, cuius adspicium oēs cælorum virtutes contremiscunt. En rursus angustia, dolor & lachryma cor meum occupant, dum considero Dominum contumelias, probra, verbera, sputa, tanta lenitate tolerantem. Venite, discamus miserationum ipsius magnitudinem. Dulcis Dominus seruum inutilem & incontinentem habuit in paradiso volupratis, qui ubi peccauit, tortoribus traditus est. Vidit pius Dominus deficientem inter flagella, & misericordia motus, vt seruum eximeret à pœna, semetipsum pro illo flagris exposuit.

Gen. 8.

Volebam hinc finem facere ob nimij stuporis magnitudinem, sed rursus veritus sum, ne per meum silentium irritarem Spiritus gratiam. Paveo tamen, fratres, non leuiter, dum ista pronuncio, tremuntque omnia ossa mea, cum ea diligenti admota consideratione discuto. Ipse omnium conditor Deus noster & Dominus ante Caipham hodie sedit, quasi vnus ex reis, vnusque ministrorum ei alapam dedit. Tremunt cor meum hæc omnia cogitans. Sedet seruus, Dominus stat, & qui plenus erat sceleribus, contra infantem atque ab omni peccati labe alienum sententiam dicit. Contremuerunt cæli, fundamenta orbis terræ concussa sunt, expauerunt Angeli omnes atque Archangeli, Gabriel & Michael facies suas alis contexerunt, Cherubin tremantia sub rotis seabdiderunt, Seraphin illa horas alas ad inuicem collississe visa sunt, cum daret minister iniquitatis alapam Domino maiestatis. Quomodo igitur non protulerunt fundamenta terræ motum atque tremorem, cum hora illa contumelias affici creatorem suum cernerent? Cogito, ac tremore concutio, rursusque compungor, intruens lenissimam tolerantiam benignissimi Domini. Tremunt ecce renes mei, dum loquor. Creator qui de pulvere terræ hominem per gratiam finxerat, à manibus, quas ipse formauerat, alapam accipit.

Iustus Dominus ab iniusto seruo condemnatur.

Alapam accipit.

Caucamus sollicitè, fratres, ne ista omnia simpliciter audiamus, quæ pro nobis Dominus pertulit, sed ea sollicitè rulinemus, & iugi meditatione voluamus. Dic, minister infelix, dic serue nequam: Cuius rei gratia Dominum alapis cædis? Serui quidem omnes, cum liberi efficiuntur, accipiunt alapam, vt mortali libertate potiantur. At ipse, ô infelix, cum sit omnium liberator, iniuste alapa cæditur. Quid putas mercedis accipere à Caipha pro huiusmodi alapa? Ergone non audisti? Ergone non didicisti, quoniam filius est omnium Domini? Alapam quidem dedisti omnium Domino, sed seruus seruorum factus es in æternum, opprobrium & abominatio omnium, æterno damnatus incendio. Grande miraculū fratres, stuporis plenissimum est, cernere Christi Regis ac Domini nostri mansuetudinē. Palma cæsus à seruo, rationabiliter prudenterque respondit cum ôni mansuetudine ac reuerentiâ. Seruus furit, Dominus patitur. Irascitur seruus, Dominus in sua benignitate persistit. Indignationis aculeos, rixamque tumultuantis animi, iræ maximè tempore, quis continet? Dominus noster hæc omnia pertulit benignitate sua. Quis tuâ, ô mitissime Domine, patientiâ, aut ferre aut explicare possit.

Mansuetudo eius quantâ.

Huc accedite, charissimi, dilecti Christi, compunctione simul & affectu summo Redemptoris illecti. Venite consideremus pariter, quid hodie contigit in Sion ciuitate Dauid. Semen Abraham charum atque electum quid hodie gessit. Immaculatum nempe Dominum tradidit morti. Hac die Christus Saluator noster per iniquorum manus iniustissime ligno Crucis affixus est. Venite omnes, & corpus nostrum abluamus lachrymis atque gemitibus, quia Dominus noster & Rex gloria pro nobis impijs morti est traditus. Si quis forte nostrum dilectissimi cuiuspiam atque charissimi audiat subito mortem, vel ipsum dilectum mortuum ante oculos suos iacere repente conspiciat, immutatur facie, eiusque serenitas adspicium obnubilatur. Ita & lucidus sol ex alto cæli axe contumeliam Domini pendentis in Crucem conspicens, immutatus est facie, contraxit lucis suæ igneos radios, iniuriamque Domini videre non sustinens, mœrore se vestiuit & tenebris. Ita & Spiritus sanctus ex templo considerans dilectum Iesum appensum in ligno Crucis, rupto honesto illo templi velo à summo vsque deorsum, continuo exiuit de templo. Creatura

Crucifigitur.

Sol in mœrore eius obsecratur.

Mar. 15.

ac omni studio vestis curamus ornatum. Sol ecce propter contumeliam Domini, splendorem lucis suæ conuertit in tenebras, vt nos videntes ipsum imitemur. Dominus tuus, ô infelix, pro te in cruce contumelias afficitur, & tu vestis molliem & ornamenta sectaris? Non tremit cor tuum, non mens tua exhorrescit hæc audiens? Qui solus sine peccato est, propter te impiæ traditur morti, iniurias, opprobria, verbera patitur: ipse verò superbia tumidus audis hæc omnia?

At verò congruum ac decens est, vt grex rationalis vniuersus pastorem suum iugiter ambiat, eumque semper videre desideret. Ità obsecro, reueremini illum.

Vide hic imponi de lectu ciborum, & à lautioribus abstinentiam. Exod. 16.

Matt. 27.

In passio- ne Domini iugiter meditantur.

Nolite cibis lautioribus & delicijs seculi contra propositum religionis assuescere, sed in omni exercitatione vestra in pastorem vestrum semper intendite, vt ab eius vestigijs nunquam aberretis. Nè, quæso, imitatores Iudæorum simus, vt populus durus, perfidus, inobediens, & bona Dei, Saluatorisque beneficia irritans iugiter. Altissimus propter Abraham fidelem famulum suum, pronumque ipsius deuotionis affectum, tulit ab initio duritiam ac perfidiam populi, manna de celo ad manducandum dedit eis: verum ipsi cælesti cibo indigni, allia concupierunt, cibos planè malè olentes. Aquam rursus ex petra in deserto eis produxit, sed ipsi horum vice sibi acetum dederunt, suspendentes in ligno. Curemus, fratres, ne Iudæorum participes inueniamur, crucifigentes Dominum creatorem nostrum. Metua- mus semper, habentes ante oculos passionem Redemptoris nostri. Meditemur aliquid pœnas ipsius atque supplicia. Propter nos enim passus est impassibilis Dominus. Pro nobis crucifixus est, qui solus sine peccato fuit. Quid nos, fratres, ei reddere, quid tantis eius beneficijs retribuere vnquam poterimus? Attendamus ergò nobis ipsis, nè passiones eius irremus. Huc omnes, Ecclesiæ filij, accedite, qui sancto & precioso sanguine immaculati agni redempti estis. Venite, meditemur passiones Christi cum gemitu & lachrymis, atque inter meditandum contremiscamus, dicentes ad inuicem: Christus Saluator noster pro nobis peccatoribus morti traditus est. Perpende, frater, quidnam sit quod audisti. Deus sine peccato, Altissimi filius, pro te traditus est. Aperi cor tuum, considera ipsius passiones diligenter, & ita tecum tacitus volue. Deus, in quem peccatum cadere non potest, hodiè traditus est, hodiè illusus, hodiè consputus, hodiè flagris cæsus, hodiè percussus alapis est, hodiè coronam spineam tulit, hodiè crucifixus est cælestis agnus. Contremiscat cor tuum, horreat anima tua, in hac iugi meditatione passionum Domini tui quotidie lachrymas funde. Dulces quippe nimium sunt eiusmodi lachrymæ: illustraturque anima passiones Christi iugiter versans. Huiusmodi sit semper meditatio tua. Lachrymare quotidie, gratias referens Domino pro his, quæ pro te passus est, vt in die aduentus eius sint tibi lachrymæ tuæ gloria, & exultatio ante tribunal illud terribile iudicis. Affligere tu quoque, dum intentè cogitas, quæ pro te per tulit pius ac mirrissimus Dominus. Tolera tentationes, gratias ex animo referens. Beatus sanè, qui semper antè oculos habet cælestem Dominum, & passiones eius, qui que seipsum crucifixum mundo, qui omnibus vitijs, terrenisque negotijs mortuus est, qui imitator factus est Domini sui. Hæc sapientia, hæc prudentia, hic affectus est fidelium omnino famulorum, cum semper imitatores sunt Domini sui in operibus bonis. Adspicis, ô homo, immaculatum Dominum in Cruce pendentem, & audes infelix in delicijs & risu peragere cursum, quo viuis in terra? An ignoras, miser, quòd is, qui crucifixus est, Dominus, de his omnibus abs te exiget rationem? Tu quidem nunc negligis, & contemnens, rides, & passim delicijs solueris: sed veniet profectò dies illa terribilis, dies ultionis, cum sine fine lugebis, ac præ doloribus tuis in igne perpetuo cum eiulatu proclamabis, neque erit omnino qui respondeat & misereatur animæ tuæ.

Eius item passio nobis imitanda.

Grates agit author Deo pro suis beneficijs.

Adoro te, Domine, benedico te, pie, precor te, sancte, tibi procido, amator hominum Domine, te, immaculate, glorifico, quoniam tu vnigenitus Dominus omnium, qui solus sine peccato es, pro me indigno & peccatore morti traditus es, & morti Crucis, vt peccatoris animam liberares, & à peccati nexibus solueres. Quid tibi pro his omnibus retribuam, Domine? Gloria tibi, piissime, gloria tibi, misericordissime, gloria tibi longanimis, gloria tibi, qui omnia peccata remittis, gloria tibi, qui descendisti saluare animas nostras. Gloria tibi, qui te in vtero Virginis nostræ vestisti, gloria tibi, qui pro nobis es natus. Gloria tibi, qui propter nos tentus es, gloria tibi, qui victus es, gloria tibi, qui flagris cæsus es. Gloria tibi, qui con-

SURIUS

q. bar.
notar.
RVIII
5

DE COMPASSIONE MARIAE VIRGINIS.

105

qui conspuratus es, gloria tibi, qui crucifixus es, gloria tibi, qui sepultus es, gloria tibi, qui resurrexisti die tertia. Gloria tibi, qui predicatus es, gloria tibi, qui creditus es, gloria tibi, qui assumptus es in caelum, gloria tibi, qui cum gloria ingenti sedes ad dexteram Patris. Gloria tibi, qui iterum venturus es in gloria Patris & sanctorum Angelorum, ad iudicandum omnem animam, qua irritas facit sanctas passiones tuas, in hora illa horrenda atque terribili, quando virtutes caelorum mouebuntur, cum simul venient Angeli, Archangeli, Charubin & Seraphin cum tremore magno in conspectum gloriae tuae, cum tremefacta quatiuntur fundamenta terrae, & spiritus omnis exhorrebit praeter inestimabili gloria immensa maiestatis tuae. In illa hora, quaeso, operari me manus tua sub alis tuis, & liberet animam meam a sempiterno igne, & stridore dentium, & exterioribus tenebris, & perpetuo gemitu, ut ego te sanctum Dominum & Redemptorem nostrum benedicens, dicam: Gloria tibi, Domine, qui me peccatorem per immensas miserationes benignissime pietatis tuae saluare dignatus es: Qui cum Patre & Spiritu sancto viuus & regnas per omnia secula seculorum, Amen.

Luc. 21.

LAMENTATIO SANCTISSIMAE DEI
GENITRICIS PROPE CRUCEM STANTIS, PER

eundem diuum Ephraem.



S T A N Sapud Crucem purissima Virgo, Saluatorem que in ligno suspensum suspiciens, plagas reputans, intuitus & clauos, querelas, colaphos, ac flagellationem, cum graui-
bus suspirijs, cum fletu ingenti, cum lamentis dolorosissimis exclamauit, dicens: Mi fili dulcissime, dilectissime fili, quomodo Crucem sustines? Mi fili, & mi Deus, quomodo sputa, clauos, & lanceam, quomodo pateris a lapas, rursus, iniurias, spineam coronam, purpuream vestem, spongiam, arundinem, fel & acetum: Quomodo pendes in Cruce de-

Martij 25.
Iohan. 19.

ndatus, mi fili, qui caelum nubibus contegis? Quomodo sitim fers, qui es opifex, quiq; mare & aquas omnes creasti: Quomodo moreris insons in medio seclitorum? Quidnam commisisti: Qua in re, fili mi, Hebraeos offendisti: Et cur ergo te isti iniqui, simul ingrati, Cruci suffigunt: Quorum claudos & permultos valetudinarios sanasti, mortuos viuificasti, paraliticum, id est, membris omnibus laxatum, con-
solidasti, mi fili piensissime: qui ab utero caecum illuminasti, mi saluator, viduae filium suscitasti, o omnium vita: qui filiam Cananae seruasti, Centurionis filium a morte liberauisti. Arena, quantum uis numerosa, mensuram habere potest, at tua miracula, fili, omnem prorsus modum excedunt. Lazarum a monumento suscitasti: Mi Lazare, inquit, exi de sepulchro: & vox tua eum traxit ab inferis, & ad vitales auras reuocauit. Tu uero quomodo interis, fili mi dulcissime, magnanime Deus: Deficio te suspiciens in ligno suspensum, conclauatum, plagisq; plenum, mi fili.

Psalm. 16.
Psalm. 55.

Luc. 5.
Iohan. 9.
Luc. 7.
Matt. 3.

Iohan. 11.

O Iudaei illeges, & Christi interfectores, iniqui in Deum, & in creatorem uestrum ingrati, nonne manna uos aluit in eremo? Nonne mare per Moysen diremit? Nonne traduxit in terram promissionis? At tu, popule nequam, & Christi abnegator, pro commodis & bonis contraria reponis, pro manna fel, pro aqua acetum. Amarissima repotione potarunt impij, mi fili. Quinq; panibus aluisti quinque hominum milia: Iudaeam tuis concionibus impleristi, mi fili. Vbi nunc pulchritudo tua fili? Vbi tuus modo decor? Quomodo in Cruce extinctus es, mi fili, & Deus meus: Sol lumē suum obscurauit, & alius factus est, splendida luna in tenebras euanuit, petrae sunt perfractae, & monumenta aperta, templiq; uelum in duo est discissum. Creaturae conditorem suum & opificem cognouerunt: & hi peruersi & miseri Hebraei aures obstruerunt, oculos clauferunt, ne solem nunquam occidentem suspectarent, fili mi.

Exod. 16. 14
Iosue. 4.

Iohan. 6.

Iohan. 19.
Luc. 23.

O Gabriel Archangele, & minister Domini, o Gabriel Archangele, age causam tuere. Vbi nunc illud Aue: Vbi benedictum Aue, quod mihi dixisti, Angele? Vbi nunc latitia ac benedictio, qua dixisti ad me: Benedicta tu in mulieribus? Ad quid uero morerem & uictimam filij mei, quam eram acceptura, non denunciasti? Semper tribulationes, gemitus, Iudaeorum immensam inuidiam, ingratitude peruerforum

Luc. 1.

Luc. 2.
Dolores
Marię Vir-
ginis qua-
ti.

uerforum & transgressorum. O Simeon admirande, en nunc gladius, quo mihi prædixisti cor meum traiciendum. Ecce gladium, ecce vulnus, fili, & Deus mihi. Tua mors meum cor subijt, viscera mea sunt dirupta, meum lumen obtenebratum est, & pectus meum grauis pertransijt gladius. Horrendam cerno passionem tuam, mi fili, & Deus mi. Video immeritam cædem tuam, nec ferre opem possum. Vbi tua nunc forma, mi fili? Miserere deiectæ & orbatæ, mi fili. Miserere, ô suauissime, me, abiectæ Mariæ. Miserere, clementissime, & me solare. Prospice, fili mi, lachrymas, attende meos gemitus, & aperi os tuum. Da mihi solatium. Non habeo profrus, mi fili, quo caput reclinem. Non alium cognatum, patrem, aut matrem, vel fratrem, vel sororem, qui mihi animum reddat. Tu mihi pater, tu mater, tu frater, tu filius. Tu mihi vita & spiritus, spes mea & protectio. Tu mea consolatio, tu & creatio, tu Deus meus, tu creator meus, tu opifex meus. Lugete mecum omnes discipula Domini, dolorem meum, & vulnus profundum cordis mei contuentes.

Decumbe, Crux sanctissima, lignum benedictum, vt plagas filij mei, & Dei mei exofculer, ad consolandum proprium filium meum, vt amplectar filij mei corpus, vt os suauissimum deofculer, oculos, faciem, manus, & cædem iniquam. Decumbe Crux mea, decumbe. Magna, ô Crux gloria tua, magna tua gratia, magna potestas tua. O lignum benedictum, quoniam innocens Deus & creator tuus, tanquam latro & nocens super te expansus est. Fili mi charissime, veneror tuas afflictiones, colo & adoro tuam misericordiam & magnanimitatem. Honoro lanceam, vulnus, arundinem, clausos, spongiam, alapas, opprobria, & acetum, colaphos, & spura, & verbera, fili mi, quando quidem tuę creaturę causa ista ferre sustinuit. Deducus tuum, fili mi, decus cunctis factum est. Mors tua facta est mundi totius vita. Cæterum resurgito quamprimum, fili mi, & Deus, quemadmodum prædixisti mihi, vt saluus fiat mundus. Mortem conculcasti & interitum, vt gaudeam ego humilis mater tua, & mecum latentur dilecti tui. In verecundiam autem & confusionem tui inimici omnes deueniant.

S. Maria ar-
ma passio-
nis Domi-
nicę hono-
rat.

Christi
mors est
mundi vi-
ta.

S. Maria de-
speratorum
spes & da-
natorum

At verò nos te, ô immaculata & benedicta, filij tui, Deique omnium mater inculcata, pura, integra, sacrosanctissima, desperatorum spes & danatorum, collaudamus, benedicimus tibi, vt gratia plenæ, quæ Christum genuisti, omnes tibi aduolumur, omnes te imploramus. Erue nos, ô intemerata, ab omni necessitate, a cunctis diaboli tentationibus. Esto nostra conciliatrix & aduocata in hora iudicij. Libera nos à futuro igne & tenebris. Et tui filij gloria, Virgo, nos dignare. Tu nancque es spes apud Deum Christianorum sanctissima, cui honor in sæcula seculorum, Amen.

SURIUS

oper
Mober
RVIII
5

BEATI PETRI DAMIANI OSTIENSIS
EPISCOPI SERMO DE ANNUNCIATIONE
Beatissime Virginis Marię.

Mar. 25.

Nota ho-
ras. B. Vir-
nis etiam
tunc fuisse
in vñ.



XVLTATE, fratres, in Domino, quia de Domina illa sermo succedit, quæ singularem in cordibus nostris sibi vendicat principatum. Hæc est, ad cuius nomen corpus humiliter inclinatis, cuius horis reuerenter assistitis, cuius memoriam iugiter frequentatis. Hæc est, quæ vestris affectibus suauiter indulcescit, quia magna multitudo dulcedinis eius. Spiritus enim eius super mel dulcis, in qua dulcis Dominus cum omni sua dulcedine superuenit. Cum enim fecerit Deus omnia opera sua valde bona, hoc melius fecit, contectans sibi in ea reclinatorium aureum, in qua sola se post tu multus Angelorum & hominum reclinaret, & requiẽ inueniret. Hoc est quod natura miratur, reueretur Angelus, veretur homo, stupescit cælũ, extremiscit terra, infernus exhorret. In huius vtero maiestas altissimi mirabiliter liquefacta sicut adipe & pinguedine, repleuit terras, infudit cælos, inferna respersit. Hic exinaniuit semetipsum excelsus & immensus, mensurã bonã & confertã, & coagitatã mittens in sinu nostrũ. Hic diuinis manib. vnctus est oleo lætitie, & sicut ad altare in summũ Pontificẽ consecratus. De hoc altari ad arã Crucis ascendens, proprio cruore tanq̃ alteri us generis oleo pfusus, iã non solũ cõsecratus, sed & consecrã, totũ corpũ machinẽ mundialis

DE ANNUNTIATIONE MARJAE VIRGINIS.

107

mundialis largiori ligamine copulauit. Faceſſat igitur mœror, triftitia fugiat, eli-
minetur dolor, rancor abſcedat, vt liceat vacare, & videre cum Moyſe viſionem
hanc grandem, qualiter Deus in hoc ventre concipiatur, decipiatur diabolus, reci-
piatur perditum, indebitum accipiatur. Totum me trahit affectio, ſed oratio defi-
cit, & diues cogitatio vocis paupertate confunditur. Feruent interiora, & in vndo-
ſam ebulliunt altitudinem, ſed frigiditas linguæ cumulos refrigerat exundantes.

Quid eſt, beatiffima? Nunquid ita ſenſim taciturnus obdormiam, vt ibi mutus
ſim, vbi omnis loquitur creatura? Veruntamen non tacebo, & non quieſcam, do-
nec egrediar vt ſplendor vultus tuus, & ſermo de te conceptus, ſi non vt lampas,
ſaltem vt ſcintilla accendatur. Mouet me, fateor, quòd permittente Deo peccant
rationabiles creatura, & multis annorum millibus, tam cœleſtia, quàm terreſtria
ineuſum ſtare videantur, ſeruituris iſtis, illis dirutis. Star illa magna ciuitas, ciuium
ſuorum numeroſitate fraudata, & à ſtellantibus palatijs multiplex habitantium
multitudo propellitur, obſcurantur ſtellari ignes, ſolem loquor, lunam & ſtellas,
& multa ſibi detracta luminis claritate mulſtantur: terra maledicitur, condemna-
tur hominum ſuccellio, & omnis creatura, iuxta Apoſtolum ingemiſcit, & partu-

Exod. 3.

Eſa. 62.

Rom. 8. 1

Nacitur
Maria Dei
mater.
Pſal. 44.

rit. Tacet Deus omnipotens, & ordinans eius omnipotentia tantam diſſimulat
conſuſionem. Tandem naſcitur Maria, & ad nobiles annos egrediens, ſpeciem in-
duit ſpecioſam, quæ ipſum alliciat Deum, & diuinitatis oculos in ſe conuertat. Vi-
de quid inde dicat ille non minimus explorator ſecretorum Dei: Audi filia, & vi-
de, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. Et
concupiuit Rex decorem tuum, quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus. Germinat
igitur virga Ieſe de tortuoſa radice generis humani, & de Patriarcharum arbore
in altitudinem & rectitudinem erumpens, omnem ignorat nodoſitatem, filiorum
tenebras neſcit, fruſtuofa quæque non habet. Videt, & ardet ille vehemens ama-
tor, & totum epithalamium in laudibus eius decantat, vbi manifeſtè ſponſus in-
ducitur ſpirans amorem ſynceriffimum, nec vltra valens diſſimulare quòd pati-
tur. Euocatur ſtatim cœleſtis ille conuentus, & iuxta Prophetam, in it Deus conſili-
um, cogit concilium, facit ſermonem cum Angelis de reſtauratione eorum, de re-
demptione hominum, de elementorum renouatione, ac illis ſtupentibus, & mi-
rantibus præ gaudio, de modo redemptionis. Et ſtatim de theſauro diuinitatis
Mariæ nomē euoluitur, & per ipſam, & in ipſa, & de ipſa, & cum ipſa totum hoc fa-
ciendum decernitur, vt ſicut ſine illo nihil factum, ita ſine illa nihil reſectum ſit.

Traditur epiſtola Gabrieli, in qua ſalutatio Virginis, incarnatio Redemptoris, mo-
dus redemptionis, plenitudo gratiæ, gloriæ magnitudo, multitudo lætitiæ contine-
tur. Miſſus eſt ergò Angelus Gabriel à Deo ad virginem, quæ poſtquam ei locutus
eſt, ſenſit Deum ſuis illapſum viſceribus, maiſtatemq; illius virginis ventris bre-
uitate concluſam. O venter diuſior cælis, terris amplior, capaciſ elementis, qui
totum claudit omnia concludentem, in quo Deus gloriæ reclinat. Denique &
Archangelus ait: Aue gratia plena, Dominus tecum: quia à Deo electam, & præ-
lectam, totam eam rapturus erat ſibi Spiritus ſanctus, & cœleſtibus inſignitur or-
namentis. Iam conſecranda erat in locum voluptatis, de quo fons ille debebat af-
ſcendere, qui vniuerſam terræ ſuperficiem irrigaret.

Eſa. 16.

Luc. 1.
Incarnatur
ex ea Chri-
ſtus Dei fi-
lius.

Satis hucusque ſparſimus verba, & volaticis ſermonibus diuerſa præſeminaui-
mus: nunc inſiſtamus hic, ſi fortè aliquid dignum elicere valeamus. Fluuus (ait
ſcriptura) egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandam vniuerſam ſuperficiem
terræ: qui inde diuiditur in quatuor capita. Fluuus iſte eſt Deus meus Ieſus, qui à
duobus locis voluptatis egreditur, ex vtero Patris, ex vtero Virginis. Vnde Pro-
pheta: Dominus Deus noſter fluuius glorioſus, exiliens in terram ſitientem. Sed
ineffabilibus differentijs longè aliter à Patre, quàm à Matre egreditur: quia & ſi tem-
poralis natiuitas glorioſa eſt, multò glorioſior eſt æterna. Orantibus igitur vobis,
de vtraque generatione volo aperire quid ſentio, non quod aliquid exponere
præſumam, cum hoc vltra omnium vires (quanto magis meas) ſit, & extremæ de-
mentia ſit, velle ſari ineffabilia, maxime hominem imperitum. Non enim oblitus
ſum Salomonem dicentem. Sicut qui nimium comedit mel, euomit illud: ſic qui
ſeruator eſt maiſtatis, opprimetur à gloria. De vtraque enim per Prophetam di-
cipulo: Generationem eius quis enarrabit? quia ſanè illa Patris ineffabilis & in-
acceſſibilis eſt, & nulli creaturæ peruia. Hoc ſenſu credo Apoſtolum dixiſſe de

Gen. 2.
Fluuus pa-
radis qua-
drupartit.

Eſa. 59.
Dug Chri-
ſti natiui-
tates, æter-
na & tem-
poralis.

Prou. 25.

Eſa. 58. 3

Deo:

1. Tim. 6. Deo: qui solus habitat lucem inaccessibilem, cum etiam puriores nature tanto re-
 uerberentur intuitu, nec possint irrupere tantæ claritatis abyssum. Ipse etiam Fili-
 us protestatur: Nemo nouit Filium, nisi Pater, neq; Patrem quis nouit, nisi Filius,
 & cui uoluerit Filius reuelare: nõ sicut est, sed sicut capere potest, cui tanta dignatio
 reuelatur. Vnde & illa sublimis anima, quæ vsq; ad tertium cælum in diuitiis glo-
 riæ rapta fuerat, dicit: Ego me non arbitror comprehendisse. Verissima igitur disti-
 nitio est, quia illam Gignentis & Geniti generationem nullus omnino penetrat in-
 tellectus. Hanc etiam de Matre omni humanæ creaturæ reor inextricabilem: ne-
 scio verum ab illa excellentiori natura valeat comprehendere. Quis enim compr-
 hendat coniunctionem carnis & Verbi, qualiter Deus & homo in vnâ personam
 conueniant, saluis imperturbatisque proprietatibus naturarum? Vnusquisque in
 suo sensu abundat: ego hanc omnem sensum supergredi credo, veterum uitorum
 vestigijs in hærens, qui super hoc sanas & inconcussas sententias reliquerunt.

Ad paternam igitur generationem recurrentes, locum voluptatis Patrem esse
 censemus, cum Deus illocalis sit: sed efficientias rerum, nisi per uulgatos sermo-
 nes explicare non possumus. In ipso autem omnem uoluptatem esse intelligit, qui
 legit Apostolum dicentem: Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia:
 & alium ex illo duodeno apice similiter eructantem: Omne datum optimum, &
 omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre lumine. Ipse etiam
 Iohan. 17. Filius dicit: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum uerum Deum. Cognitio
 igitur Patris, uita æterna est, & ubi uita æterna, ibi sempiterna uoluptas: quia gigni-
 tur de uero Patris Deus de Deo, lumen de lumine, de Domino Dominus. Egre-
 ditur autem identitate, quia idem est quod Pater. Idem dico secundum substantiam,
 non secundum personam. Egre ditur & æqualitate, quia pari omnipotentia respici-
 cit Generantem, cum omnia quæ potest Pater, possit & Filius, sicut ipse testatur:
 Omnia quæ facit Pater, facit & Filius: nec potest Filius facere quicquam, nisi quod
 uiderit Patrem facientem. Egre ditur & æternitate, quia licet generetur, non est
 Iohan. 5. posterior Generante, sed ambo vnus antiquitas sunt, si tamen uocabili nouita-
 tem non exhorres, quod licet quoquomodo significet quæ dicuntur, longè tamen
 est à sententiæ maiestate. Egre ditur similitudine, quia similis est Patri, Patris ima-
 go, splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Egre ditur alteritate, quia alius est ab
 illo, alius dico, non aliud. Ego, inquit, & Pater vnus sumus. Vnum dixit, non v-
 nus, quia vnum significat substantiæ unitatem, sumus uero personarum propria
 tem. Sic igitur & longè excellentiori modo de Patre Filius egrediens inundat Ange-
 licas stationes, quia iuxta Salomonem, Fons sapientiæ Verbum Dei in excelsis. Ci-
 tharædus puer de hoc fonte pleno ventre potauerat, cum diceret: Apud te est fons
 uitæ: quia non solum tu uita, sed & Filius tuus fons uitæ est. Et ut patenter quid sen-
 tiebar ostenderet, subiunxit: In lumine tuo uidebimus lumen.

Ad irrigandam uniuersam superficiem terræ. Quamnam terra est in illa cælorum
 summitate reposita, quam non præterfluat & irriget fluuius gloriosus? Regnum
 cælorum terra uiuentium est, de qua dicit sanctus. Portio mea, Domine, in terra
 uiuentium, & Credo uidere bona in terra uiuentium: & Placebo Domino in re-
 gione uiuorum. Irrigatio hæc indicibilis est. Inebriantur quippè Angeli ab uberta-
 te domus Dei, & torrente uoluptatis eius potantur. Hic quid dicam nescio, quia
 plurimus stupor sensum opprimit, atque mentem. Vbi sunt oratorij sermones,
 quos in fornace rhetorica omnis ille philosophorum conflauit chorus? Vbi sunt
 gigantes à seculo nominati, qui ab initio fuerunt statura magna, scientes bellum,
 languentes circa pugnas uerborum? Nunquid non maximus ille gigas (Platonem
 loquor) ab intellectu tam purissima ueritatis repulsus est? Nunquid non acerri-
 mo mentis ingenio tangens, sed non attingens diuinitatem Dei, dicit? Vnum in-
 ueni, quod cuncta operetur, & aliud, per quod cuncta efficiuntur, tertium autem
 inuenire non potui. Rectè de Spiritu sancto inscius, qui illi non erat insus, qui
 sanctarum reuelationum magister est, qui reuelat Paulo, quæ oculus non uidit,
 sicut idem Apostolus gloriatur: Nobis, inquit, reuelauit Deus. Per quid, Apo-
 1. Cor. 2. le? Per Spiritum suum, non per spiritum nostrum, quem secuti philosophi, & se-
 ducti sunt, & seduxerunt. Ille noster philosophus, qui super scences, & super omnes
 Pfal. 103. docentes se intellexit, quid super hoc senserit, audiamus, Rigans, inquit, montes de
 superioribus suis. De sublimioribus quippè Angelos docet, qui non per speculum
 in ænig-

SURIUS

gber
 uober

RVIII

5

DE ANNUNCIATIONE MARIAE VIRGINIS.

In enigmate, sed facie ad faciem ipsam Dei substantiam luminibus indefessis ad. 1. Cor. 13. spectant.

Sequitur: Qui inde diuiditur in quatuor capita. In quæ quatuor capita dicamus breuiter, quia grandis restat nobis via. In admirationem, qua tota obtupet illa dignior creatura de Creatoris gloria, & gloriæ ratione. In puritatem, quia non in vase teſteo, vel fragilitate complexionis humanæ bibunt de torrente voluptatis, sed remoto velamine, hauriunt aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. In ſatietatem, quia etſi in eum deſiderant proſpicere, non tamen deſiderium neceſſitatem, vel neceſſitas miſeriam inducit, ſed mirabiliſſimo modo & ſemper deſiderant, vt ſemper ſatientur, & ſemper ſatiantur, vt ſemper deſiderent. In ſecuritatem, quia de ſua ſtabilitate certi, perennibus gaudijs immerguntur, expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, quando fiet vnum ouile, & vnus paſtor, & ſuperna illa Hieruſalem conſumabitur in idipſum. Sic inſluit fluuius iſte per Angelicas officinas. Sed hæc omnia fides capit, neſcit ratio, intellectus ignorat humanus. Hæc ſunt fortaſſis illa quatuor, quæ vas electionis felici quaternario in Epistoſa ad Hebræos diuidit dicens: Non acceſſiſtis ad montem fumantem, ſed ad montem Sion, ad Hieruſalem ciuitatem Dei viuentis, ad multorum millium Angelorum frequentiam, ad Eccleſiam primitiuorum ſcriptam in cælis.

Nunc accingamus nos ad videndum qualiter egredietur de Virgine, quia egreſſio iſta dulcior & affectuoſior eſt humanæ miſeriæ, quæ intuentium pectora conuertit, irrorat oculos, & beatis fontibus vultus amantium ſuperfundit. Hic locum voluptatis, vterum Mariæ intelligo, in quo cumulauit omnes delicias deliciarum Dominus: de cuius delicijs Spiritus ſanctus admiratorio ſermone in amoris cantico ſic eruſat: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto delicijs affluens? Nunquid in Angelis voluptatem habet Altiffimus, in quibus ipſe reperit prauitatem? Nunquid in conſtellatione, vel ſcintillatione ſtellarum, quarum aliæ conuertuntur in ſanguinem, aliæ cadunt de cælo, aliæ in tenebras obſcurantur? Nunquid in aëre, vel igne, vel ventis? Nequaquam, quia non in igne Dominus, non in commotione Dominus, non in ſpiritu Dominus: ſi verax eſt ille, qui curru igneo, & equis igneis eſt aſſumptus in cælum. Nunquid in aquis, vbi furens & tortuoſus Leviathan immoratur: aut in terra, quæ ſub maledicto Adæ ſpinas emittit & tribulos? Nō eſt locus voluptatis, niſi vterus Virginis.

Ex hoc egreditur humanitate, quia veſtitus cilicio noſtræ mortalitatis viſibilis humanis oculis apparuit, & de Virgine virgam, de libro autem generationis lineam faciens, diuinitatis hamum innexuit, quem carne operuit virginali, vt draco magnus illeſtus ad carnem, ferrum diuini numinis ſubſentiret. Egreditur & cum nouitate, quia nunquam ſic natus eſt homo, ſicut ipſe naſcitur. Primus enim homo primò de terra formatur, ſecundò mulier ex eius latere fabricatur, tertio Cain conſuetudinario ordine naſcendi gignitur ab vtroque. Solus iſte de ſola Virgine naſcitur, & Virginis vterum nouo & ſingulari partu diuinitas humanata ſigillat. Vbi nunc Ariſtorelica ſubtilitatis facunda quidem, ſed inſocunda loquacitas: Si peperit, cum viro concubuit? Velit, nolit, vertitur in habitum priuatio, nec adſtringitur dialecticis terminis omnium terminator, ad cuius imperium patit natura, deſueſcit conſuetudo. Egreditur etiam cum claritate: naſcente quippè illo ſepelitur omnis illa ſtellantium luminum luminosa ſerenitas, & ſtella candidior lucidioribus radijs præſcintillans totam ſibi cæli rapit poſitionem. Ambulant Reges in ſplendore orrūs eius, quoniam ecce Reges congregati ſunt, conuenerunt in vnum. Ipſi videntes ſic, Deum & hominem naſcētem, matrem & virginem parientem, admirati ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt, tremor apprehendit eos in tantorum luce miraculorum. Egreditur & cum paupertate, quia pannis viliffimis inuolutus, & præſepi duriffimo reclinatus, iam extunc ſanctiffimis membris legem martyrij præſigebat. Egreditur occultè, quia ſubtiliffimus ille fraudium inueſtigatoſ ab altitudine tantæ dignationis excluditur. Hinc eſt quòd ambiguus alternationibus fatigatus, nunc illum tentat, nunc tentatum filium appellat Altiffimi, nunc inſtruit Crucem, nunc deſtruit, mandans per mulierem conſuetum ſibi organum: Nihil tibi, & iullo illi.

Sequitur: Ad irrigandam vniuerſam ſuperficiem terræ. Ad terrenam miſeriam expiandam, quam nobis in hæreditatem primus ille peccator reliquerat. Volo vt

k Apoſto.

Angelica natura creatoris Dei gloriam admiratur

Iohan. 10.

Heb. 12.

Natiuitas Christi fecundum carnem.

Cant. 6.

4. Reg. 3.

Gen. 1. 2.

Dominus noster Iesus Christus de beata virgine natus, eius vterum perpetue virginitati conseruauit. Eſa. 60. Pſal. 47.

Luc. 1.

Latitudo. montis Dei in carnario. Matth. 27.

SURIUS

Abbas
Monasterii
S. Viti
5

110

MARTII XXV.

1. Cor. 1.

Apostolus hic eum mihi, sicut & superius, in quatuor capita distribuat, quia secuti-
us eius expositionem suscipio. Qui factus est, inquit, nobis sapientia, iustitia, sancti-
ficatio, & redemptio. Ad nos quippe veniens, qui eramus in carcere, primo omni-
um tenebras ignorantiae nostrae depulit luce sapientiae suae: deinde per iustitiam,
quae ex fide est, soluit funes peccatorum nostrorum, sanctificans nos in suo corpo-
re, redimens in corporis passione. Dominus enim soluit compeditos, Dominus il-
luminat caecos: sanctificat tabernaculum suum, de manu redimit inimici. Diuidi-
tur & in patientiam, qua peccatores sustinet: in misericordiam, qua penitentes so-
net: in largitatem, qua proficientes exultat: in fortitudinem, qua exaltatos confer-
uat. De hoc secundo quaternario toto hoc aduentu vestrae fraternitati confabula-
tus sum, per fluminum decursionem, & nominum interpretationem, moralia my-
sticis internectens: utrum aliquid digne, vos videritis. Verum non omnia possi-
mus praesenti sermone coartare, fastidium euitantes.

Christus
in Cruce
suumus ipi
ritualis
quadripa-
ritus.

Ego habeo quatuor capita dulciora prioribus, quae fortassis vestris cordibus sua-
uius complacebunt. Dominus enim noster eleuatus in Cruce, largissimas sangui-
nis vndas a quatuor sui corporis partibus abundantius emisit. Spinis enim pungen-
tibus sanctissimum caput niuea ceruice reflexum, & clauis pedes & manus, & lan-
cea latus eius transfuerberantibus, preciosus sanguis emicuit: cuius ad personam in-
dex transiit in patrem, iratus in matrem, in misericordiam virga, captiuitas in cor-
onam. Christus ergo fons latens & occultus in caelis, fons patens & apertus in ter-
ris. Illic de vtero Patris, hic egreditur de vtero Virginis. Illic viuens terram irrigat
viuentium, hic moriens terram morientium. Illic diuiditur in quaternarium ad-
mirabilem, hic in dulcem. Dulcis Dominus, dulcis Domina, quia ille Deus meus
misericordia mea, haec Domina mea misericordiae porta. Ducat nos mater ad filium,
filia ad patrem, sponsa ad sponsum, qui est benedictus in secula, Amen.

VITA SANCTI LATRONIS CVM DOMINO CRUCIFIXI, PER DIVVM AMBROSIVM EPL.

*scopum Mediolanensem scripta. Est Sermo 44.
in ordine Sermonum eius.*

25. Martij.
Disimas la-
tro, a Chri-
stoveciam
peccatorum
consequi-
tur.



QVONIAM hesterno die de latrone fecimus mentionem,
videamus quis ipse latro sit, qui in Cruce Domino consti-
tuto, non solum peccatorum suorum veniam consequi-
tur, sed etiam paradysi amenitate donatur, ut qui propter
scelera damnatus fuerat ad poenam, propter fidem trans-
ferretur ad gloriam, fueritque illi crux quam pertulit, non
tam supplicij damnatio, quam salutis occasio. In cruce e-
nim positus, Christum Dominum nostrum credidit cru-
cifixum. Et ideo qui consortio passionis vitur, consortio
paradisi condonatur. Beatus enim latro dum supplicium patitur, regnum caeleste
consequitur. Ecce reus dicitur, sicut cui damnari ad tempus expedivit. Non enim
perueniret ad gloriam, si non contraditus esset ad poenam.

Luc. 23.

Videamus inquam cur tantorum criminum reus tam cito a saluatore paradi-
sum promeretur, cum alij multorum temporum lachrymis frequentibusque ie-
iunijs vix delictorum suorum veniam consequantur. Magna fratres & multiplex
causa est. Primum quod iste latro deuotione fidei tam repente mutatus est, ut
praesentem poenam despiceret, ac de futura veniam precaretur, & magis crederet
vtili sibi esse de aeterno iudicio perere, quam de temporali supplicio postulare.
Reminiscens enim scelerum suorum, & poenitudinem gerens, plus incipit dolere quod
sperat, quam sentire, quod patitur. potuit enim nisi de futuris amplius cogitasset,
qui in Christum semel crediderat, de praesenti magis supplicio deprecari. Deinde
illud ad gratiam eius maioris est meriti, quod Christum in cruce positum credi-
dit: & passio quae alijs scandalum fecit, illi ad fidem profecit. Crucis enim passio
multis scandalum fuit, sicut dicit Apostolus: Nos autem praedicamus Christum
crucifixum: Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Recte ergo
merc-

1. Cor. 1.

DE SANCTO LATRONE.

III

meretur paradifum, qui crucem Chrifti non putauit effe scandalum, fed virtutem. Dicit enim idem Apoftolus, Ipfis vocatis Iudæis Chriftum Dei virtutem & Dei fapientiam. Rectè planè & Dominus huic donat paradifum, qui quem Iudas Scarioth in hortulo paradifi diftraxerat, hic in crucis patibulo confitetur. Mira res, confitetur latro, quem difcipulus abnegauit. Mira inquam res, latro honorificat patientem, quem Iudas prodidit ofculantem. Ab hoc pacis blandimenta venduntur, ab illo crucis vulnera prædicantur. Ait enim, Memento mei Domine, cum veneris in regno tuo.

Rectè meretur paradifum. Quid obfecro clarius Iohan. 18. Luc. 23.

Hæc eft fidei plena deuotio, vt cum de vulneribus Domini, profluens sanguis cernitur, tunc de poteftate eius venia postuletur: cum videtur eius humilitas, tunc magis timeatur eius diuinitas: cum morti addictus putatur, tunc Regis illi honorificentia deferatur. Iste enim fidelis latro non credidit morturum, quem annunciat regnaturum: non putat subdendum inferis, quem dominaturum confitetur in celo: non arbitratum eum apud Tartarum detineri, à quo feretiam postulat liberari. Cernat licet eius hiantia vulnera, fpectet ipfius sanguinem profluentem, Deum tamen credit, quem reum nescit, iustum fateatur, quem non meminit peccatorem. Ait enim illi alteri exprobranti latroni, Nos quidem rectè digna factis recipimus, hic autem nihil mali gessit. Intellexit enim quòd pro alienis peccatis has plagas fufciperet, pro alienis iceleribus hæc vulnera fultineret: & fcuit quòd illa in corpore Chrifti vulnera, non effent Chrifti vulnera, fed latronis: atque idè plus amare cœpit, postquam in corpore eius sua vulnera recognouit. Ait enim propheta, Quoniam ipse infirmitates nostras portat, & pro nobis doler. Nos autem exiftimabamus eum effe in dolore, liuore eius nos fanati fumus. Plus ergò in cruce pofitus, liuorem eius cernens, latro diligit Deum.

Fides latronis de Chrifto quanta fuerit. Luc. 23.

Efa. 53.

Mira res, plus in cruce latro Chriftum diligit, quàm Iudas dilexit in cœna. Ille per cibum fupplantat magiftrum, hic credit Dominum per dolorem, ficut ait propheta, Qui edebat panes meos, ad ampliauit aduerfùm me fupplantationem. Cognouit igitur hic latro omnem Dei paffionem ex ipfius fieri voluntate, & in pofteftate eius effe, vel morti animam tradere, vel ad vitam iterum remeare, ficut ipse ait, Poteftatem habeo ponendi animam meam, & poteftatem habeo iterum fumè di eam. Vsq; adeò autem illum liberum ab inferni legibus iudicauit, vt etiam fe ab his pofceret liberari.

Item dilectio eius. Pfa. 40. Iohan. 10.

ITEM DE SANCTO LATRONE, PER EVNDEM DIVVM AMBROSIVM. EST SER-

mo 45. in ordine, vt fuprà.



Memento, fratres, veftra dilectio, me dediffe rationem, cur tantorum criminum inueteratus latro, & fcelearum fuorum confessione damnatus, paradifum in ipfo fupplij patibulo potuerit promereri, & tanta fuerit celeritate faluatus, vt peccata eius gratia præuenerit antequàm poena, & prius in malis fuis gloriari cœperit, quàm puniri. Non enim patitur fupplium, dum paradifum promeretur. Petro dicitur à Chrifto: Non potes me modò fequi, fequeris poftèa. Et huic dicitur: Hodie mecum eris in paradifo. Tanquàm difcipulus ille differtur, & hic tanquàm focius inuitatur. Ille adhuc referuatur ad præmium, etiam ad confortium ille deligitur. Non potes, inquit, me modò fequi. Impossibile eft Petro fequi Dominum, etiam facile latroni effe cum Domino. Hodie mecum eris in paradifo. Non in aliud differtur tempus, non in diem alterum referuatur. Ipfà hora qua paradifus Deum fufcepit fufcepit & latronem, vnus paffus effe pro falute cunctorum, & duobus pariter immortalitatis ianua referatur.

Luc. 23. Iohan. 18.

Sed hanc tantam gloriam latroni fides præftitit. Fides enim effe quæ peccata

k 2 coope.

SURIUS

aber
Nobis
RVIII
5

Gratia fi
dei maior
est, quam
delinquit
tium culpa.

Fides la-
trone iusti
cauit.

1. Cor. 2.

Matth. 27.

Latro post
Christum
primus pa-
radisum
intrauit.

Zach. 12.
Matth. 26.
Mar. 14.

Iohan. 18.
Gen. 3.

cooperit, quæ vincit crimina, quæ facit de latronibus innocentes. quanvis enim de-
linquentium grandis culpa sit, fidei tamen maior est gratia. Plus enim credidit
Christo, quam seculo deliquisse: & plenioris est meriti veniam sperasse de Domi-
no, quam culpam contraxisse de mundo. Sicut enim perfidia criminisum fecit
fides perfectit innocentem. Denique ludas postquam fidem perdidit, innocen-
tiam apostolatûs amisit, omnium enim criminum reus factus est, postquam vir-
tutum omnium Dominum denegauit. Sicut ergo sufficit isti ad scelera delinisse
Christum: ita illi sufficit ad innocentiam Domino credidisse. Facit igitur & fides
innocentes latrones, & perfidia Apostolos criminosos.

Magna igitur & perfecta fides in illo latrone fuit. Magna planè est & admirabi-
lis fides, quæ Christum crucifixum glorificari magis credidit quam puniri. In hoc
enim totius forma salutis est. Saluatorem tunc maiestatis Dominum recognoscit,
cùm videtur humilitatis patientia cruciari. Vnde ait Apostolus: Si cognouissent,
nunquam Dominum maiestatis crucifixissent. Hæc inquam perfecta fides est, Chri-
stum in cruce Deum non reum credere. Vnde ille latro iustificatus est, quia salua-
tore in patibulo constituto, ludæis insultantibus, & vel criminosi dicentibus, Li-
bera te ipsum si potes: ille certus de diuinitate eius, & securus de voluntate, se ma-
gis postulat liberari.

Magna inquam fides in illo latrone fuit, & sanctis Apostolis comparanda, nisi
quòd & forte præcesserit: præcessit etenim deuotione, qui præcessit & premio.
Prior enim latro ad paradisum quam apostoli peruenit. Denique Petrus Do-
minum sequitur, & iste comitatur. Dominus autem secundum fidem & meritum,
tribuit & remunerationis obsequium. Omnes enim, sicut legimus, in passione
saluatoris discipuli trepidauerunt, omnes eum penè cum traderetur reliquerunt,
factum est sicut scriptum est: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis.
Denique fidem Petrus nec admonitus potuit custodire, toties lapsus est, quo-
ties nè laberetur admonitus. Et nisi modum quendam terrore denegandi
ei Dominus statuisset, forsitan sæpius interrogatus, sæpius abnegasset. Tãtam enim
trepidationem discipulis intulit passio saluatoris, vt quod Apostolo Christus antè
prædixerat, ancilla destrueret, & magis præualeret ostiaria ad perfidiam, quam A-
postolus ad cautelam.

Non bona ostiaria, quæ Petrum idè in domum sacerdotis includit, vt à fide sal-
uatoris excludat. Malè Adam induxit Eua, malè Petrum introduxit ancilla. Illa ex-
cludit à paradiso, hæc exciuit à Christo. Illa persuasione sua virum deceptit, hæc in-
terrogatione sua Apostolum circumscripsit. Illa ad præuicandum Adam impu-
lit, hæc Petrum compulit ad negandum. Et idem sexus in vtraque ostiariæ officium
gerens, aut excludit à vita, aut includit ad mortem.

ITEM VITA BEATI LATRONIS

CVM DOMINO CRUCIFIXI, PER D. IOHANNEM

Chrysostomum scripta. Est homilia eiu dem de cruce & la-
trone, 31. in lib. 35. Familiarum Tomi
secundi.



ODI ERNA die noster Dominus pependit in
cruce, & nos festiuitatem eius nimia lætitia celebre
mus, vt discamus crucem totius spiritalis gratula-
tionis esse substantiam. Etenim antè ipsum voca-
bulum crucis pœna fuit, sed nunc ad gloriã nun-
cupatur. Antea condemnationis ferebat horrorem,
nunc salutis indicium est. Crux enim nobis totius
beatitudinis causa est. Hæc nos à cæcitate liberauit
erroris, hæc è tenebris reddidit luci, hæc debellatos
quieti sociavit, hæc alienatos Deo coniunxit, longè
constitutos Deo proximos præsentauit, hæc pere-
grinantes ciues ostendit, hæc discordiã amputatio
est, hæc pacis firmamentum, hæc bonorum omniũ
abunda largitio. Istius causa nullis angustijs deferri erramus, quia iam nobis campi
mõstrati sunt veritatis. Nec aulis regalib. habitare prohibemur, quia aditus iam vi-
detur

Crucis Do-
minicæ en-
comium.

detur inuentus: nec ardentes sagittas diaboli formidamus, quia fontes inuenimus, quibus earum flamma facile possit exingui: ideò viduitate caruimus, quia sponsus expectatus aduenit. Lupum non possumus formidare, bono & diligenti muniti pasture. Ego, inquit, sum pastor bonus. Tyranni impij crudelitate non terremur, man-
fueri Regis vestigijs inhaerentes. Hac de causa hodiè gratulamur, quia crucis benefi-
cia memoramur.

Sic & Paulus præcepit propter crucem festiuitatem celebrari: Pascha nostrum
immolatus est Christus: diem itaque festum celebremus, non in fermento veteri,
neque in fermento malitiæ & nequitiae, sed in azymis synceritatis & veritatis. Et
sic adiunxit causam, quia Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus. Vi-
des crucis intuitu perceptam lætitiã? In cruce enim immolatus est Christus: & vbi
immolatio, amputatio peccatorum: vbi amputatio peccatorum, reconciliatio Do-
mini: vbi reconciliatio Domini, ibi festiuitas, & omnis gratulatio. Pascha nostrum
pro nobis immolatus est Christus, & immolatus in excelsa cruce: Nouum altare
constitutum est, & quia sacrificium nouum, atque omnibus inopinatum: nam ip-
se & sacrificium fuerat, & sacerdos. Sacrificium secundum carnem, sacerdos secun-
dum spiritum sanctitatis. Idem ipse & offerebat, & offerebatur. Offerebat secundum
spiritum, offerebatur secundum carnem. & audi quemadmodum Paulus vtrunq;
monstrauit: Omnis, inquit, Pontifex qui de hominibus accipitur, pro hominibus
statuitur, Vnde necessarium est & istum habere aliquid quod offerat. Vide sacra-
mentum, Ecce ipse se offert. Et alibi ait: Quia Christus semel oblatus multorum ab-
stulit peccata. Ecce hic oblatus est, ibi se obtulit. Vides quemadmodum fuit & sacri-
fium, & sacerdos, & altare crux fuit?

Et quare, inquis, non in templo sacrificium illud proferebatur, sed foras ciuita-
tem? Vt illud impleretur, quia inter iniquos deputatus est. Et ob quam causam in
excelsa ligno, & non sub tecto immolatur? Vt etiam ipsius aëris natura munde-
tur. Hac de causa in excelsa & non sub tecto, sed sub caelo, vt vniuersus aër in excel-
so immolatur: ouis à tetro odore mundetur. Sed & terra simile beneficium sentie-
bat decursu de latere sanguinis stillatione mundata: ideò non sub tecto, non in
templo Iudaico, nè Iudæi subtraherent sacrificium, & sibi met vendicarent. Nè pu-
tares pro illa tantum plebe oblatum, ideò foras ciuitatem, ideò foras muros,
vt scias sacrificium esse commune, quod totius terræ oblatio, quod communis
deploratio, non partis, sicut Iudæis consuetudinis fuit. Iudæis etenim ideò ius-
sit omnem terram Deus dimittere, & vno in loco sacrificium atque oblationem
celebrare: quia tuac omnis terra immunda fuit fumo, & odore, & alia contami-
natione polluta, quæ ex sacrificijs gentium super ipsam celebrabantur. Nobis au-
tem quoniam Christus adueniens omnem terram emundauit, omnis locus orati-
oni vacat: ideò Paulus cum omni confidentia exhortatur, dicens: Volo ergò ora-
re viros in omni loco, leuantes manus sanctas. Ecce totus mundus emundatus est,
elementa purgata sunt, vt vbiq; nobis Deum liceat prædicare, & omnis terra
sanctior illo loco est, qui illo in tempore prædicabatur sancta sanctorum. Nam ibi
pecus irrationale oblatum, hic spiritale immolatum est: & tanto maius est sacri-
fium, quanto & sanctitas de sacramento præfertur, hac de causa lætitia nostra
cruce est.

Vis quantum nobis præstiterit & aliunde condiscere? Paradisum quinque & eo
amplius annorum millibus præclusum hodiè nobis patefecit: hac enim die, hac
hora latronem Christus in paradisum introduxit, & eius amoenitates ostendit. Et
vno tempore duo beneficia vidimus esse concessa. Vnum, quod paradisus patefa-
ctus est: aliud, quod latro in eum meruit introduci. Hodierna dies antiquam nobis
patriam reddidit, paternam ciuitatem extendit, domum pristinam redonauit. Ho-
diè nanque, ait, mecum eris in paradiso.

Quid ais? Crucifixus es, clavis retineris, & paradisum tam facile polliceris? Vo-
lo, inquit, vt in cruce possint omnes meam inuenire virtutem, vt in ligno mea lar-
gitas demonstraretur. Et quoniam crux dedecoris fuerat signum, & apud omnes
ignominia putabatur, crucis infamiam mirandis beneficijs decorauit, & ex hoc
magis magisque virtus ostenditur. Non enim illo tempore mortuus reddidit lu-
ci, nec mare, fluctusve compescuit, nec minauit expulsiue dæmonia: sed cruce
suspensus, clavis affixus, omnibus subiugatus iniurijs, totus dedecori succumbens
infa-

Iohan. 10.

1. Cor. 5.

Cruce alta-
re Christi.Christus
sacrificium
& sacerdos

Heb. 7.

Heb. 9.

Esa. 53.
Cruce Christi
sub ac-
re, & non
sub tecto
crucifixus
fuit.Cruce Iudæi
in templo
tantum, sa-
crificabant.1. Tim. 2.
Christiani
verò omni
loco.Paradisus
hodiè refe-
ratur.
Luc. 23.

infamia, insultantium derisione delusus, latronis aduersam mentem valuit commutare, vt ex omni parte eius diuinitas sentiat. Etenim vniuersam terram creaturam, & petras saxaque dirupit, & omnium lapidum infensibilitate animam duriorum ad se traxit, & ad meliora conuertit, & honore summo decorauit. Hoste nanque mecum eris, ait, in paradiso. Et Cherubim custodientibus paradysum, latro ad paradysum inducitur. Sed non mireris, à Domino inuitatur. Sed dicis: Sed ibi framea totius ignis ardore succensa versatur. Sed ipse qui & ignis & ipsius gehennæ, & vitæ mortisque imperium tenet, ingredienti potestatem concessit.

Gen. 3.
Heb. 12.

Et imperatori quidem vel cuiilibet habenti potestatem iniuriosum putatur, si personam vilissimam participem sui actus accipiat: Christo autem nostro, non iniuriæ fuit sacram ingrediendi patriam, facere ingressus sui latronem participem. Nam secum eum perduxit, non confundens calcantibus latronis pedibus paradysum, sed honorem præstans paradiso. Honor etenim loci est, talem Dominum promereri, qui & latronem dignum reddiderit paradiso. Nam & cum publicanos & fornicarios ad cælorum regnum introduxit, non cælorum regnum infamauit, sed etiam magis honoribus ampliauit, ostendens talem Dominum regni esse cælorum, qui & indignas tantum fecit meliorari personas, vt etiam illius dignitatis gloriam mererentur. Nam sicut homines, quibus corpora mendicantia cura est, amplius admiramur, cum agrotos omni spe desolatos arte propria curauerint, & summam reddiderint sanitati: sic & Christum nostrum iustum est admirari donantem vulneribus sanitatem, publicano & meretrici remedium pollicentem, & eis salutem perpetuam largientem, vt & dignos eos cælorum amonente donaret.

Peccatores post poenitentiam in tantum cælum, non illud infamant, sed decorant.

Sed dicis: Vnde tanta beatitudo latroni? Quid egit tale, vt post crucem paradysum mereatur? Vis eius citius audire virtutem? Quando Petrus eum negauit in terra, latro eum confitebatur in cruce. Et hæc non me ad accusationem beati Petri aliquis dixisse suspicetur, quod longè à mea conscientia sit, sed latronis admirandam volo animam declarare. Primus discipulus puella vilissimam minas tolerare non valuit, & latro suspensus tormenta spernens, vndique populum inspiciens circumstantem, clamantem, ingenti ardente rabie omnium iniquitatum, furentem, blasphemis inflammantem non timuit, nec crucifixi vilitatem quæ videbatur inspexit, sed ipsius fidei oculis hæc cuncta transiuit: & humilibus spretis cogitationibus, cælorum Dominum exaltatum pure mente cognouit, & ipsius misericordiam in cruce flagitauit, dicens: Memore esto mei Domine in regno tuo.

S. Latronis fides & poenitentia.

Luc. 23.

Nec transitorie istum prætereamus latronem, neque erubescamus accipere magistram, quem non erubuit noster Dominus primum introducere in paradysum: nec pudeat eius sequi magisterium, qui caelestem conuersationem meruit ante omnes, sed diligenter singula requiramus, vt crucis inueniamus virtutem. Non dixit ad eum, sicut ad Petrum: Veni, sequere me, & faciam te piscatorem hominum: non dixit eum, sicut ad duodecim: Quia sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israël: immò nec verbo eum dignum aestimauit, nihil admirationis ostendit. Non mortuos resuscitauit, daemones non fugauit, non mare prostrauit, nullum ei fecit de cælorum regno sermonem, nihil de gehenna locutus est, & ante omnes eius imperium confitetur. Et hæc dicebat alio latrone aduersus eum plura dicente, & sapius insultante. Nam & altera ex parte latro cum eo fuerat crucifixus, vt illud impleatur: Et cum iniquus reputatus est. Nam Iudæi eius famam, gloriamque infamare cupiebant, & ex omni parte captabant, & tendebant vniuersa peruertere: sed vndique veritas præfulgebat, & his aduersantibus augebatur. Insultabat ei igitur alter latro.

Alter latro Domino insultat.

Vidisti latronem & latronem? vterque pender in cruce, vterque furacis vitæ, si milis vtriusque conuersatio, sed non in vtroque mens vna, nec in consensu mens vna perdurat, nec in eis similis dominatur euentus: sed vnus beatitudinem cæli hæreditario iure promeruit, alter ad gehennam mittebatur & poenam. Sicut hesternodie discipuli, & discipulus Iudas & vndecim. Sed illi quidem dicebant: Vbi vis pascemus tibi manducare Pascha? Iste autem prodicionis stimulat ardore, & dicebat: Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum? Illi ad diuinorum mysteriorum sese officia præparabant, iste traditionis meditabatur officium. Sic & hic latro vnus

Matth. 26.
Ibidem.

SURIUS

qter
vobis
RVIII
5

vnus insultat, alter a dōrat atque veneratur: vnus blasphematur, alter benedicit, & blasphemantem prohibet, dicens: Nec Deum tu times?

Luc. 23.

Vidisti libertatem in cruce, vidisti philosophiam in tormentis; in pœna prudentiam? Quod enim sui memor fuit, quod mente sana vigilabat, clauorum confixione confictus, quis est qui poterit non mirari? Sed iste non solum intra se fuit, sed & suas necessitates prætermittens, aliorum vtilitatem cogitabat, & magister pendebat in cruce, & sanis persuasione alium inuitabat ad vitam, dicens: Nec tu times Deum? Non igitur quod deorsum est adiudicatus inspicias, sed fursum alia sunt iudicia constituta. In terreno namque iudicio & iusti nonnunquam conde-

Eum s. Di
finas latro
arguit.

Psal. 7.

manantur illicitè, & iniusti declinant pœnas, & rei liberantur, & innoxij prægruantur. Aut enim spontè, aut inuiti iudices errare consueverunt, aut ignoracione iustitiae, aut pecuniarum corrupcionè, aut iniqua gratia sententiam protulerunt. In caelesti autem iudicio nihil tale esse consuevit. Nam Deus iudex iustus, & iudicium eius vt lux procedit, non habens tenebras nec ignorantiam. Et nē dicat, quia iudicatus deorsum est & condemnatus, caeleste ei iudicium memorat, tribunal istud terribile nominat, & incorruptum, tanquam dicens: Illuc oculos tende, & condemnationis sententiam minimè sustinebis, nec stabis deorsum cum corruptis iudicibus, excipies fursum verum iudicium.

Vidisti philosophiam latronis, vidisti prudentiam, vidisti magistrum? de cruce subito euolauit ad cælum, & in pœna positus caelestis iudicis secreta narrabat, & abundantiam eum persuasione compescens: Non times, inquit, quia in eodem iudicio sumus, in eadem pœna, in pari discrimine. Nunquid & tu in cruce non es? & cum illum laceras iniurijs, tibi supplicium præparas. Et sicut is qui peccato carnis prægrauatur, si alios peccati accusauerit, semetipsum prius accusat: sic & qui in calamitate est, si alijs calamitates irriserit, sibi prius insultat: quoniam in eodem iudicio sumus: apostolica illi verba monstrabat, euangelicos sermones enarrans, qui dicunt: Nolite iudicare, & non iudicabimini: quia in eodem iudicio sumus. Quid facis latro, defendere eum volens, participem fecisti latroni? Non, inquit, excusor hac suspicione sequenti sermone: & nē communione participem eum etiam peccati fecisse arbitreris, sequentibus declarauit, dicens: Et nos quidem iuste, digna enim his quæ fecimus, passi sumus. Vidisti plenam confessionem, vidisti latronem in cruce suis renunciaisse peccatis? Dic namque, ait, tu iniquitates tuas prior, vt iustificeris. Nullus impulit, nullus necessitate constrinxit, sed ipse sponte sua peccata publicabat, dicens: Nos quidem iuste, digna enim his quæ fecimus, passi sumus, iste autem nihil tale fecit, & postea ait: Memento mei in regno tuo. Non est ausus dicere memento mei, nisi confessione peccati sarcinam remisisset. Inspice quantum præstat confessio. Confessus est, & paradysum patefecit, & rātam confessus fidutiam meruit, vt regnum post latrocinium postulareret.

Latro de
cruce sub
ito euola
uit ad celiū

Mat. 7.

Luc. 23.
S. Latro
nis confes
so.
Eia. 43.

Vides quantum bonorum nobis materia crux est? Dic mihi, regnum commemoras, quid enim regni vides: clauis, & crux est quod inspicias. Sed ipsa crux, inquit, regnum est, & ideo eum Regem nomino, quia crucifixum inspicis. Imperatorum est pro omnibus mori, & Regis optimi pro communi vtilitate nunquam recusare supplicium. Ipse dixit, quia pastor bonus animam suam ponit pro ouibus suis. Et ideo Imperator bonus animam suam pro his quos regit, offerre festinat. Quoniam igitur animam suam pro nobis posuit, ideo cum Imperatorem voco, Memento mei in regno tuo.

S. Crux
multorū
bonorum
materia
est.

Iohan. 10.

(.)

k 4 ITEM

ITEM DE EODEM SANCTO LATRONE,

PER DIVVM IOHANNEM CHRYSOSTO-

MUM. Est homelia de cruce & latrone, 32. in or-

dine 45, Homeliarum Tomi
secundi.

In die pa-
rasceus fe-
culum est
sanctifica-
tum.

ODIÈ incipiamus charissimi de crucis trophæo prædicare, & honoremus hanc diem, magis autem coronemur, celebrantes hunc diem. Nec enim ex verbis nostris honorificatur crux, sed ex fidei nostra confessione coronas merebimur crucis. Hodie crux fixa est, & seculum sanctificatum est. Hodie crux fixa est, & damones dispersi sunt. Hodie fratres crux fixa est, & mors subuersa est. Hodie crux vicit, & mors victa est. Hodie diabolus vincit, & homo solutus est, & Deus glorificatus est. Hodie apud Iudæos terra contremuit, & apud nos orbis terræ firmatus est. Hodie apud Iudæos, quia mente audaci contra Deum vadunt, petra scissæ sunt. Hodie am-

Psal. 14.

bat enim quæ pietatis erant coniungi, ea autem quæ infidelitatis disjungi, sicut & David dicebat: Disrupti sunt, & non sunt compuncti. Hodie apud Iudæos ab hora sexta usque ad horam nonam sol obscuratus est. Non enim ferre poterat heri iniuriam creatoris. Retraxit radios suos, ne videret impiorum facinora: non quod deitatem iniuria tangeret, sed quia quæ audaci superbia fiebant, in contumeliam eius reputabantur. Hodie apud Iudæos tenebræ sunt, apud nos autem nox in diem conuersa est. Etenim pietati hoc proprium est, ut in tenebris fulgeat: impietas autem etsi in lumine fuerit, tenebrescit. Fidelibus nox in diem mutatur, infidelibus autem etiam ipsa lux tenebrescit. Et de fidelibus quidem scriptura dicit: Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur. Infideli autem & dies in noctem mutatur, dicente scriptura: Palpabunt sicut cæci parietem, & ambulabunt in meridie sicut in medio noctis.

Pietas sem-
per fulget,
impietas
verò semper
tenebre-
scit.
Psal. 138.
Esa. 59.
Iob. 5.

Hodie Adam eiectus est de paradiso, & hodie latro in paradysum ingreditur. Exiit fur, & introiit fur: exiit præuaricator, & ingressus est latro: exiit contemptor verbi, & introiit confitens verbum: exiit contemnens salutem, & introiit de cæcitate mercans salutem. Scio & antè me dixisse de latrone, sed habet diuersas intelligentias Dei sermo. Iste latro de ligno mercatur salutem, hic latro furatur cælestis imperium. Vim facit maiestati, non virtute propria, sed fide vincens. Ipsi Domini vox est: Regnum cælorum vim patitur, & violenti diripiunt illud. In cruce duo latrones, imago Iudæorum & gentilium. Latro qui poenitet, imaginem obtinet populi ex gentibus congregati, qui prius in errore ambulauerat, & post hoc veritatem agnouit: imaginem verò latro ille obtinet Iudæorum, qui vsque in finem perseuerat latro: & vsque ad tempus quidem crucis viam malignitatis ierunt, crux autem diuisit vtrunque. Viam namque cæcitatibus & perditionis, qui non credidit, ingressus est: viam autem salutis, qui credidit, ingressus est. Quoniam nouit Dominus viam iustorum, via autem impiorum peribit. Et vide Dei iustum iudicium, ut dicas & tu cum Propheta: Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Propter vnum peccatum damnatur Adam, & propter vnam fidei vocem latro saluator. Vnum peccatum eiecit illum, & vna iustitia introduxit istum: & latro habitator factus est paradisi.

Matt. 11.
Duo latro-
nes tyrum
gerunt Iu-
dæorum &
gentium.

Psal. 1.

Psal. 118.
Gen. 3.
Luc. 23.

Nemo ante
latronem
promissio-
nem para-
disi acce-
pit.

O admiranda rerum materies. Nec Abraham data est per vocem repromissio paradisi. Hæreditauit quidem per fidem, repromissionem autem paradisi nemo ante latronem accepit. Hic autem perferatans diligentius verus testamentum, & nouum, nullum ante latronem inuenies repromissionem paradisi meruisse, nõ Abraham, non Isaac, non Iacob, nec Moysen, nec Prophetas, nec Apostolos, sed ante

SURIUS

q. 101
101
RVIII
5

ante omnes reperies latronem. Audi igitur Dominicam vocem: Amen amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Vocauit quippe Deus Abraham dicens: Exi de terra tua, & de cognatione tua. Et non dixit illi: Hereditatem capies paradisi: sed veni in terram quam monstrauero tibi. Et Isaac quidem typum Christi porrauit, & Iacob colluctatus in figura cum Deo est. Er Moses legem accepit, & per reprobationem audiuit bona terrae manducaturum se esse, si legem Domini Dei sui custodisset: & nusquam repromissio paradisi ante latronem. Necessarium est ergo querere, cur huic ante alios, & ante tales viros fide dignissimos potissimum repromissit. Creditur Abraham Deo, sed creditur illi de caelis loquenti, & per sanctos Angelos sermonem proferenti, & de propria autoritate legem danti. Creditur & Elias, sed in gloria consistenti: Vidi enim, inquit, Dominum sedentem super thronum excelsum & eleuatum. Creditur & Ezechiel, sed & ipse Dominum super Cherubim contemplatus est. Crediderunt reliqui Prophetae, sed diuerso modo Dominum gloriae inuentus, sicut videre possibile humana erat natura. Creditur, sicut dixi, & Moses, sed de medio ignis loquenti, & in tuba clangore, & in tonitru: quae & infidelem poterant prouocare. Haec autem dico, non ut sanctis derogem, absit: sed propter eum, qui solus per verbum meruit paradysum. Iste ergo vidit Saluatorem, non super throno regali, non adorari in templo, non loquentem de caelis, non per angelos disponentem: sed in poena sociatum latroni videt in tormentis, & tanquam in gloria adorat. Videt in cruce, & rogat quasi in caelis sedentem: videt condemnatum, & Regem inuocat, dicens: Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum. Crucifixum vides, & Regem prae dicas: in ligno pendere cernis, & caelorum regna meditaris?

O admiranda latronis conuersio. Nunquidnam scripturas legisti ab iniquitate non cessans? Nunquidnam prophetas audisti homicidia exercens? Nunquidnam diuinum audisti sermonem, quando ad eadem gladium acuebas? Vnde eruditus es talia philosophari de Christo? Iudaei crucifixerunt, qui nouerunt legem, & Prophetas legerunt: & tu horum ignarus Deum vocas condemnatum, & adoras crucifixum. Quis te erudiuit, o latro talia de eo dicere? Non me, inquit, lex docuit, sed sol occultans lumen suum. Vidi quidem crucifixum, sed terram motum sensi, & propter patricidas Iudaeos elementa indigna intellexi. Et petra quidem scindebatur, & corda hominum non metuebatur. Scissae sunt petrae, disruptum est velum templi, & Iudaeorum secreta patuerunt. Et hoc velum quidem erat, sed preciosissimum, quod in diebus celeberrimis suspendebatur, preciosissimum valde, de purpura, & bysso, & cocco, & auro, & ferico, & hyacintho contextum: in illo enim tempore crucis, terra mota est, sol fugit, petrae scissae sunt, velum disruptum est, monumenta patuerunt, & sicut gloria domus est, ubi velum pendet, habitante intrinsecus Domino domus, sic ignominia templi est, vnde recessit spiritus sanctus. postquam enim impias in filium Dei intulerunt manus, iniuria Deo facta est, qui habitabat in templo: & ideo recedente Domino, deserta remansit domus, sicut ipse dixit: Ecce relinquetur domus vestra deserta. Egresso Rege gloriae, disrupta sunt symbola regni, aperta sunt monumenta, & surrexerunt mortui, & intrauerunt in sanctam ciuitatem, ut inexcusabilem relinquerent causam, & Domini resurrectio firmaretur.

Si filius Dei es, descende de cruce & credimus tibi. Considera nunc vocem filiorum diaboli, quomodo imitantur vocem paternam. Diabolus dicebat: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Et Iudaei dicunt: Si filius Dei es, descende de cruce, & credimus tibi. Pariter crucifigunt latrones, non tanquam inimici latronum, participes enim erant sceleris eorum, sed ut infamarent Dominum suum: quia non sine causa crucifixus sit, sed quasi qui facinorosus inuentus sit. Non tacuit Elias tragoediae huius narrationem, dicens: Ob iniquitatem populi ductus est ad mortem, & cum iniquis deputatus est, hoc est, cum latronibus: quibus ideo sociatur ut Christum, ut macularent Domini passionem. Ut sciatis quia non oderant latrones, audi Pilatum dicentem: Quem vultis dimittam vobis, Iesum, an Barrabam? qui propter homicidium in vinculis tenebatur. Et illi dixerunt: Dimitte nobis Barrabam. latrones petierant latronem, Dominum autem crucifixerunt. Non virtute sua vincentes, sed ut dispensationis & prophetiae impleatur voluntas. Dicit illis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? At illi dicebant: Nos non habemus Regem,

Luc. 23.

Gen. 12.

Gen. 22:
& 32.
Exod. 20.

Gen. 15.

Esa. 6.
Ezech. 10.

Exod. 19.

Luc. 23.

Vnde latro edocuit
sit confite-
ri Deum.Scisso tem-
pli velo, re-
cessit ab eo
spiritus
sanctus.Mat. 21.
Luc. 13.

Mat. 27.

Matth. 4.
Matth. 27.

Esa. 53.

Iudei socij
latronum.
Iohan. 18.

gem,

gem nisi Casarem. Abnegauerunt Dei regnum, & traditi sunt regno Romanorum: quia quod habuerunt, non intellexerunt. Ideo quod perierunt, acceperunt.

Deut. 32. Coronauerunt crucifixum spinis, obrulerunt ei fel & acetum. Et hac ipsa futura olim prädixerat Moses, dicens. Generatio praua & exasperans hæc Domino retribuiſti? Et qui dederat manna in deserto, huic tu fel offers? & qui de terra tibi delicias produxit, tu illi spineam imponis coronam? Ideo clamat Esaias, dicens: Suffioni vt faceret vnam, fecit autem spinas. Dicunt Iudæi: Sanguis eius super nos, & super filios nostros: illis ad condemnationem, nobis autem ad iustificationem. Sanguis Christi illis ad mortem, nobis verò ad vitam. Non est enim sanguis Christi detritus, sicut in Babylonio igne. Ille scit sanctorum in camino honorare corpora, & Chaldæos comburere: quanto magis sanguis ille preciosissimus scit perdere incredulos, & saluare fideles? Decuit enim splendorem Crucis obscurare infideles, & illuminare credentes: sola enim Christi crux est, quæ dissoluit tenebras, & regnum dæmonum dissipauit, & omnes terrores malignantium abstulit, crux sanctitatem prouidit, crux nobis sol iustitiæ facta est, vt illuminati misericordia eius, glorificemus patrem, & filium, & sanctum spiritum in secula seculorum, Amen.

ITEM VITA SANCTI LATRONIS

CVM DOMINO CRUCIFIXI, PER D. EVSEBIUM E.

misenum scripta. Habetur in opere Homiliarum post eius Sermones de Pascha.



DEVS erat in Christo mundum reconcilians sibi, id est, diuinitas operabatur in corpore, apparebat in fragilitate humanitas, & in virtute maiestas. Ad hoc itaque nobiscum vixit in carne, vt præferret nobis exempla iustitiæ: ad hoc pro nobis mortem subiit, vt conferret munera salutis æternæ. Hominem ad hoc induit, vt erudiret: ad hoc tradidit, vt redimeret: ad hoc resumpsit, vt in Deo sumeret vitam: ad hoc deposuit, vt domaret mortem: ad hoc suscepit, vt vinceret, cui tamen morti præsumptum dominium redditur: quasi seruus quidē succubuit, sed quasi Dominus imperauit. Si quidem nec animam inferni porta, nec corpus tenere potuit sepultura: quæ per illud triduum nequaquam carnem mortali corruptione violabat, qui in inferno sub eadem mora regnum mortis anima omnia destruebat. Quid retribuemus Domino pro muneribus tantæ dignationis?

De plenitudine cælesti in facturam se suam factor exinanuit, figulus in figmentum suum transiit, & Rex cæli homini militauit: Militauit, dixi, crux enim pugnantem indicat, resurrectio triumphantem. A summo cælo egressio eius, & usque ad inferni profunda descensio. In vna eademque persona, quam benè manifestantur humana pariter & diuina? Sedem tartari penetraturus, hominem se confessus, dum descenderet: Dominum se prodidit, dum rediret vt redimeret impios. Sicut ait sermo diuinus: Vt redimeret iniquos, inter iniquos reputatus, inter duos quos dextra lauaque legitimus pependisse: iustum confusione & opprobrio crucis tradidit, vt latronem glorificaret. Sed si benè respicimus, non illi soli hoc præstitum deprehendimus. Nam dum tam insignem reum relaxat, dum tanto debitori refundit immanis debiti cautionem, humano generi conscripsit securitatem: vt consolatio & spes fieret totius populi, absolutio vnus desperati, & priuatum donum, in publicum cresceret beneficium.

Quare indubitanter credendum est, quod latroni illi ad commendationem filii dei suæ, etiam causa spei nostræ & utilitatis accesserit. Immensa enim Dei nostri bonitas libenter tribuit, quæ etiam generaliter profutura prænoscat. Et ideo iuxta meritum tantæ clementiæ si quis nostram crimina sua probabili conuersatione damnauerit, & Christum toto corde crediderit, etiam nunc latroni in semetipso ingressum paradisi aperuisse se nouerit. Quantum agit in spe salutis humanæ magnitudo fidei, & altitudo diuitiarum misericordiæ Dei? Ecce hominem sceleribus inuolutum poena misit ad innocentiam, & offensa ad gloriam. Quem salutis culpa perdidit, perditio inuenit, cruciatus absoluit, damnatio consecrauit.

Sed non

SURIUS

ad hoc
vobis
RVIII
5

2. Cor. 5.
Cur homi-
ne assum-
perit
Christus
& passus
sit.

Esa. 51.
Luc. 22.
Christus
vt iniquos
redimeret
inter eos
reputatus
est.

Vides quod
des cū pec-
catorum de-
testatione
& operibus
bonis pec-
catorē iu-
stificat.

Sed non sine causa tantum meruit, videamus quo tempore fidelis apparuit. Ecce inter signa atque virtutes attestantibus miraculis, & acclamantibus, ali quoties in discipulis mens iam robusta titubavit: & nunc Christi supplicij quodammodo contradicentibus, in latrone fides nouella conualuit. Sub ipso passionis tempore ab ancilla interrogatus vnus ex discipulis beatus Petrus, peculiarius Christo cognitus, ita respondit: Non noui hominem istum: & iste qui antè non nouerat, exclamat: Memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum. Quàm singularis, & quàm stupenda deuotio? Sub illo tempore credit reus, quo negauit electus. Laudabilius hoc itaque in latrone ac magnificentius fuit, quòd hominem additum, & inter extrema deficientem supplicia, Dominum credidit, quàm si inter virtutù opera credidisset: non itaque sine causa tantum meruit.

Aduertamus plenius, quo tempore Dominum confiterur: feruebat impietas persequentium, exultabat impietas blasphemantium, contritio liuoris & vulnera Christum solum hominem demonstrabant, sacrarum manuum in lignum crucis extensio, & reuerenda confixio, quæ condemnabat Adæ & Eux manus ad interdictum ligni cibum, ingemiscenda seculis transgressione, porrectas: hæc inquam confixio, per omnia infirmitatem hominis afferebat. Illis per latus lanceæ tremenda perfusio, quantum offendebat hominem, tantum abscondebat Dominum. A postolis post diuina miracula desperantibus, solus hic non acquiescit scandalo crucis & mortis: solus hic testis est maiestatis, qui socius probatur doloris, & idè adhuc in latrone positus inuisibilem Dominum angelicis iam oculis videt. Illuminauerat credo nascentem fidem latronis iam credentis in Christum propius corporea diuinitas, quæ se largius sub momento illo peragenda redemptionis infuderat.

Videamus autem qualis fuerit ipsa deprecatio contententis: Memento (inquit) mei Domine, cum veneris in regnum tuum. Non dixit, Si Deus es, de presenti supplicio eripe me: sed magis, quia Deus es, de futuro iudicio libera me. Quàm citò eum repleuit sancti spiritus eruditio: per quam futuri examinis diem cogitans, intollerabile probat esse quod meruit: prædicat seculis iudicem, Regem quæ seculorum. Nondum discipulus, & iam magister, atque ex latrone confessor. Memento (inquit) mei, gloriosa voce præsentem temperat cruciatum. Temperat, diximus, quia & si poëna cœperit in latrone, nouo genere consummat in martyre: de ligno crucis clamat, sed iam tempora retributionis absentat.

Videamus quid inter ista respondeat diues & larga Dei bonitas: quæ sicut excedit vota, ita gratiam adiungit ad merita. Hodie, inquit, tanquàm si diceret, Quid me o fidelis meus comes, & vnicus tanti testis triumphi, quid me tantopere exorandum putas, vt in diem iudicij mei meminerim tui? Quid me ad præsentem retributionem paratum longè distimulas? quid in futura sæcula fidem in te perfectam fatigas? Hodie mecum eris in paradiso, tanquàm hæreditaria & paterna sede: quæ expulso Adam, quæ expulsis duobus, clausa innumeris populis, te introeunte reserabitur. Ingredere illuc primus, sed ingressu feliciori quam primus. Intra paradysum, nequaquam vltra cum Adam visurus infernum. Nullum illic cibum letalem, nullam iam legem, nullam arborem pertimescas. Ego tibi illic ero victus & vita, & ne fortè verearis nè tibi aliquis hostis in illo beato nemore, nè antiquus ille larrò indictur, possessio tibi illic, me introducete, firmabitur. Recedat ergo infidelitas, quæ Deum & hominem non recognoscit. Nam sicut diabolus est qui de paradiso expulsi, ita Deus est qui reducit.

Secundùm hæc, charissimi, per omnem gestorum ordinem Deum sub homine agnoscamus operantem. Postus in patibulo velut arbiter in medio damnatorum, negantem repulit, suscipit contententem: hunc deputat regno, illi uti relinquit inferno. Post hæc ergò credamus in maiestate iudicaturum, quem iam in cruce videmus exercere iudicium. Credamus, inquam, Deum vel ex sola virtute patientie, qui dum ab homine cruci & neci traditur, sic quoque homini gloriam pollicetur, qui illas ipsas iniurias & plagas congestas in corpus suum, conuertit in precium nostrum.

Sed & ipsa totius mundi irrationabilis creatura motibus suis Deum loquitur. Nam in media passione Domini Saluatoris caelestia & terrena turbantur, lux cum nocte misceatur, elementa quatuntur, & ab antiquis ministerijs effugantur.

Aperte

Mat. 27

Gen. 3

Discipulis
desperantibus,
latro
solus fide
conuertitur

Cauit legem
Et intel
ligit de gra
tia suble
uare quæ
tunc adiu
gitur ad
merita, et
gratia pre
ueniente
voluntate
nostra te
quiti fue
rimus.

In passio
ne Domini
omnia
elementa
quatuntur

Apertè rerum natura perspicitur commoueri, velut in vindictam authoris sul-
lit armari. Terra ipsa concussa à fundamentis, quasi quæ super Crucem Deum
vix sustineat, tanquam ad scelus proprium contremiscit. Dies refugio lumine,
quomodo potest, sumit lamentum, & fusco tristium tenebrarum habitu, more lu-
gentis induitur. & sicut tota cæli facies Dominicæ natiuitatis gloriam noua luce
testabatur, ita crucis iniuriam nouis tenebris dereffatur. Et quæ durities cordis
humani? Væ eis qui inter ista non credunt. Quandoquidem creatura insensibi-
bilis, quæ recipere non potest credulitatis affectum, dat tunc Deo confessionis ob-
sequium. Et cum pro solo homine Christus mortuus sit, perhibet ei tamen eti-
am pars illa mundi testimonium diuinitatis, ad quam non peruenerunt beneficia
passionis.

Quæ cum ita sint, charissimi, agnoscat homo quantum valeat, & quantum
illum Deus obnoxium faciat, vel natura, vel gratia. Agnoscat homo quantum
ab illo expectet Deus, & quem tanta dignatione habuit charum, quàm velit esse in
conuersione preciosum. Agnoscat homo quantum valeat, & quantum debe-
at: & dum precium suum cogitat, vilis esse sibi desinat: & potius vicem muneris
Saluatoris ex ipso bono suo, id est, de consuata restituat salute. Custodiamus
ergò sollicitè, quod tanti cruoris commercio Christus redemit. Reus iraque erit,
non parui precij, sed sanguinis Christi, qui violat & commaculat animam, Christi
sanguine & passione mundatum. Blasphemus, homicida, castitatis proditor. Hæc
tria capitaliter occidunt. Contestamur charitati vestrae causas æternorum malo-
rum, blasphemus, homicida, proditor castitatis suæ, expugnator alienæ, id est, qui
legitimum cubile transgreditur, qui extra coniugem suam per mortiferos errat
amplexus, reus erit æternæ mortis, quia vilem in se habuit sanguinem Redempto-
ris: Et quia clamat Apostolus, Neque adulteri, neque rapaces regnum Dei posside-
bunt, abstineamus manus ab alienis, oculos ab aliena. Cauemus ne corpori illius
quod de nostro Christus assumpsit, iniuriam faciamus in nostro corpore: cau-
emus ita peccatis & criminibus vitam ponderare, vt ad nos non respiciat propheta
illa terribilis: Non enim est, inquit, Deus in conspectu eius, polluuntur viæ eius in
omni tempore, auferuntur iudicia tua à facie eius. Irremediabile periculum est, sic
aliquem virijs & cupiditatibus frena relaxare, vt se rationem Deo non meminerit
redditurum: quia puto magna sit iam poena peccati, metum ac memoriam futuri
perdidisse iudicij. Non nobis ita dulcia sint pauperum spolia, postmodum nimis a-
maricatura. Nihilominus, sicut dictum est, refugiamus alienæ carnis abominanda
contagia, vitæ obscœna inimicæ voluptatis incendia. Hæc qui agit, charissimi,
de stipula ac lignis iniquitatum perpetuos succendit ignes, & nunquam concinnat
vapores. Non tanti est vita, si ad hoc viuat homo, vt in paucis vitæ huius annis con-
sumat æternos, & sub breui sine congreget sibi poenas sine fine mansuras.

Sed, nè fortè, charissimi, aliquem nimis securum faciat aut remissum tam noua
felicitas credulitatis, nè fortè dicat aliquis in corde suo: Non me vsque adeò con-
turbet & cruciet mea conscientia, non me vsque adeò contristet culpabilis vita: vi-
deo sub momento, video sub exiguo spatio latroni crimina sua fuisse donata. Pri-
mùm consideranda est in latrone illo, non solùm credulitatis compendiosa deuo-
tio, sed temporis illius sub quo hæc agebantur occasio, quo iustorum legitur titu-
basse perfectio. Deindè autem mihi finem vitæ latronis beatitudinem pollicere?
Immittit Diabolus securitatem, vt inferat perditionem, nec dinumerari possunt
quintos hæc inanis spei vmbra deceperit. Deterreat quæso vos ab hac persuasionem
innumerabiles populi, sub tanta securitate nudi & vacui bonis, & malis pleni ex
hac luce prærepti. Quotidiè expauescenda transitus nostri & commigrationis in-
certa hora, quæ & modò vel insperata vel subita sunt, & in æternum remedijs cari-
tura sunt: præueniendus est dies qui præuenire consuevit, ipse se inducet, & de mor-
te sua illudet. Qui hæc cogitat, potest ei extremi temporis indulgentia subuenire.
Non est hoc primum, quia periculosissima est in vltimum diem promissa securi-
tas. Deindè stultissimum est, vt causa quæ de necessitatibus agitur æternis, mutabi-
litate vitæ deficientis committatur extremis. Odibile est apud Deum, quando
homo sub fiducia poenitentiae in senectutem reseruatae liberius peccat. Credite, cha-
rissimi, difficile est vt callida simulatio ordinandæ consummationis obtrudere di-
gna sit facultatem, apud illum cordis interpretem, ars non admittitur ad salutem.
Ille autem

Luc. 2.
In nati-
uitate vero
exultant
nouo lu-
mine.

Blasph-
mus homi-
cida & ca-
stitatis pro-
ditor, rei
sunt cor-
poris Do-
mini.
1. Cor. 6.

Psal. 9.

Innumeri
vitæ emen-
tationem
in lenium
differetes
subitanea
& reprobæ
morte præ-
ueniuntur.

SURIUS

q. d. d. d.
Vobis
RVIII
5

Ille autem, de quo locuti sumus, beatus latro, beatus inquam, non iam iuxta viam insidias tendens, sed viam ipsam in Christo tenens, ac vitæ prædam subito rapiens, immutato genere, & noua spolia de morte propria reportans: ille nec salustia tempora sciens distulit, nec remedia statûs sui in momenta vltima infelici fraude posuit, nec redemptionis suæ spem in desperationis nouissimum reseruauit, nec religionem antè, nec Christum sciuit. Quòd si scisset, fuisset forsitan inter Apostolos non postremus in numero, qui prior est factus in regno. Ergò etiam ex hoc in extremo placuit Deo, quia ad consequendam fidem non fuit extrema hora illa, sed prima. Opus est ergò, vt homo quotidiano actu prouideat & procuret bonam consummationem. Opus est vt tota vita nostra talis sit in conuersatione, vt liberari mereamur in fine: vt incessabiliter diem transitûs nostri & tempus iudicij cogitantes, nos quoquè cum latrone iugiter proclamemus: Memento mei Domine, cû veneris in regnum tuum.

Pro felici exitu habendo, debet vita nostra virtutibus & sacra cõ uersatione ornari.

BEATI PETRI DAMIANI EPISCOPI OSTIENSIS, SERMO DE RESVRRECTIONE

Domini. Habetur octauo Tomo Aloysij.



POSTULAVI Patrem meum, dedit mihi gentes, Al. leluia. Si cõsulamus adiutorium iuris peritorum, primum capituli propositi verbum sic describitur: Postulare, est desiderium suum, vel amici sui, in iure apud eum, qui iurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio contradicere. Actus iste publicus est, & est officium aduocatorum, qui gloriosa vocis confisi munimine, lapsa erigunt, fatigata reparant, nec minùs prouident humano generi, quàm si clypeis & thoracibus sese, patriamque defendant.

27. Martij. Psal. 2.

In exequendo actu isto attendere debemus, qui postulet, quem, vbi, & quid postulet. Aduocatus postulat iudicè in iure rem suam, vel sibi postulat actione proposita. In negotio præsentis aduocatus est Christus, iudex Deus Pater, & locus iuris patibulum Crucis, res postulata Ecclesia de gentibus, nomen actionis, petitio hæreditatis. Rectè Iesum Christum dicimus aduocatum. Vndè Iohannes: Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Dominum Iesum Christum: ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Aduocatus iste apud Patrem desiderium suum exposuit, quando pro salute humani generis oblatus est, quia ipse voluit. Desiderium eius est salus nostra, quam in cruce sitiens vsque in finem suos legitur dilexisse. Sed & hoc desiderium amicorum fuit, quibus dixit: Iam non dicam vos seruos, sed amicos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis. Itèm, Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Conuenienter Patrem postulat, qui semper exauditus est. Nam & vulgò & vulgariter dicitur: Securus vadit ad placitum, qui patrem habet iudicem. De eo nanque Pater dixit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. Nam cùm Filius eiusdem substantiæ sit cum Patre, in natura quidem humana, quam sibi personaliter vniuit, postulat pro nobis, vel allegat propitiium iudicem, & propositi sui desiderij nobis fructum reportat. Nec incongruè Patrem dicimus, cùm in persona Filij Propheta dicat: Iudica, Domine, nocentes me, expugna impugnantes me. Et ipse filius: Non quæro gloriam meam, est qui quærat, & iudicet.

Iesus Christus apud Patrem noster est aduocatus. I. Iohan. 2.

Iohan. 17. Iohan. 15.

Mat. 3 & 17

Psal. 34. Iohan. 8.

In plerisque sacra scripturæ locis ordo qui dem iudiciorum ab ipso Deo institui videtur, & seruari. Quidam vir simplex & rectus, ac timens Deum, cùm expleto officio matutino, egrederetur ecclesia, & à discipulis rogaretur: Quid audisti in ecclesia, Pater? respondit: Quatuor audiui, sex notavi. Subtilis plane responsio fuit, & fidelis. Quatuor nanque versiculos Psalmi decimioctauo audierat, scilicet, Lex Domini immaculata, conuertens animas, & tres alios, qui sequuntur, in quibus sex notantur, quæ sunt: lex, testimonium, iustitia, præceptum, timor, iudicia. In his partim personæ, quæ in iure sunt necessariae, partim actus eorum exprimuntur. Nam & Dominus, qui iudex est, & lex, secundum quam iudicatur: & officium testium sub hoc nomine testimonium, actoris quoque & rei merita per hoc nomen iustitiæ

Sex sunt, quæ de Domino iudice prædicantur.

iustitiæ designantur. Nam & merita causarum partium assertionem panduntur. Sententia iudicis sub hoc nomine præceptum, accusatoris & executoris officia, duobus ultimis nominibus, quæ sunt timor & iudicia, indicantur. Quinque prioribus accidentibus innituntur, sextum quadrinis. Lex Domini immaculata, conuertens animas. Testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis. Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda. Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Timor Domini sanctus permanet in seculum seculi. Iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa, Desiderabilia super aurum & lapidè preciosum multum, & dulciora super mel & fauam. Præfata sanè Domini dicuntur esse. Est etenim lex, quæ non est Domini, vt peccati, de qua dicit Apostolus: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Sunt & iustitiæ humanæ, de quibus dicitur: Omnes iustitiæ nostræ, tanquam pannus menstruatus. Sunt & præcepta humana, quibus Petrus obediendum non esse dicit: Obedire, inquit, oportet magis Deo, quam hominibus. Timor quoquè humanus à Domino reprobatur. Vnde ait: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.

Item sex
de homini-
bus repro-
bis.
Rom. 7.

Eccl. 64.

Ag. 5.
Matth. 10.

In proposito autem versiculis omnia dicuntur esse Dei. Primum, scilicet lex, bina habet accidentia, quæ sunt, immaculata, conuertens animas, siue de lege naturali, vel scripta, seu lege gratiæ. Vnicuique enim harum trium legum, scilicet naturali, scriptæ, & legi gratiæ, hæc duo conueniunt: nam immaculata debet esse, & conuertens animas. Naturalis lex hæc duo habebat præcepta: Quod tibi fieri non vis, alij non feceris: & quod tibi vis fieri, alij facias: quæ sunt, non obesse, & prodesse. Et hoc quantum ad primum, scilicet immaculata. Quantum ad secundum, conuertens animas, in primo non malefica, in secundo benefica: in primo sine macula malitiæ, in secundo conuertens animas ad mansuetudinem beneuolentiæ. Nam cum tres naturales potentiae in sint animæ, scilicet ira, ratio, concupiscentia: concupiscentia data est, vt monearis ad appetendum quæ tibi licita sunt: ira ad indignandum contra ea, quæ illicita sunt: ratio data est in medium, cohibens & dirigens vtrunque, nè ira ultra terminos iræ moueatur, & nè concupiscentia appetat illicita. Itaque lex naturalis, quantum in se est, est immaculata. Lex quoquè scripta immaculata est, & conuertens animas. Immaculata, id est, sine sordibus idololatriæ: conuertens animas ad seruendum Deo: quod tantum filij Israël faciebant. Lex autem gratiæ reuera est immaculata, & conuertens animas. Nam & Ecclesia hac lege ducitur: dicitur enim esse sine macula & ruga, sine macula criminis, sine ruga simulationis. Etiam lex Evangelica est sine errore hæresis, conuertens animas simpliciter & directè sine figmento hypocritis. Attendite gradus istos, quia prima lex est, immaculata secunda magis, tertia maximè: sic & conuertens animas.

Sancta ma-
ter ecclesia
sine macu-
la & ruga.
Ephes. 5.

Testimo-
nium Do-
mini bina
habet acci-
dentia.

Psal. 118.

Item Do-
mini iusti-
tiae.
Iacob. 1.
1. Cor. 4.
1. Cor. 15.

Hebr. 11.
Iacob. 2.

Testimonium Domini bina habet accidentia, scilicet fidele, sapientiam præstans paruulis. Testimonium Domini dicitur, quæcunque in scriptis sanctis testificatur Dominus, aut promittens, aut præcipiens. Continentur itaque testimonia in promissis, & præceptis: quia quæ promittit, soluit, siue iustus præmia, siue iniustus tormenta. Sapientiam præstans paruulis, in quantum est præcipiens: quia qui paruuli sunt scientia, ex præceptis Domini redduntur sapientes: vt ibi ostenditur. A mandatis tuis intellexi. Est itaque fidele testimonium Domini, in explanatione præceptorum eius. In primo intellige promissiones, & comminationes: in secundo, prohibitiones. Fidele est, promittens, & comminans. Sapientiam præstans paruulis, prohibens, & præcipiens.

Iustitiæ Domini binis conuertuntur accidentibus, quæ sunt, rectæ, lætificantes corda. Iustitiæ Domini, opera iustorum: vnde & ipsi iusti appellantur. Sed dicuntur esse Domini, quia omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum. Quid enim habes, ô homo, quod non accepisti? Item, Gratia Dei sum in quod sum. Ea autem opera iustitiæ appellari possunt, quæ fide nascuntur, & dilectione consummantur. Nam sicut sine fide impossibile est quenquam placere Deo, ita & fides sine operibus mortua est. Fides autem, quæ per dilectionem operatur, & proficit, & sufficit ad salutem. Hæc sunt iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda per serenam conscientiam.

Præce.

SURIUS

q. ber
Mober
RVIII
5

DE RESURRECTIONE DOMINI.

123

Præceptum binis gaudet accidentibus. Est enim lucidum, illuminans oculos ex sui doctrina. Sunt quippe quædam lucida, & non illuminantia, ut carbo sine flamma lucidus est, non tamen illuminat. Flamma sine carbone & lucet, & illuminat. Præceptum Domini lucidum est sine confusione sententiarum, illuminat oculos ex infusione gratiarum. Vndè illud: Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Et beatus Petrus: Cui benefacitis, inquit, attendentes tanquam lucernæ lucenti in caliginoso loco. Singulariter autem ponitur præceptum, quantum multa sint præcepta, quia (ut ait Gregorius) præceptum Domini & vnum est, & multa sunt: multa propter diuersitatem operis, vnum in radice charitatis.

Timor Domini sanctus permanet in seculum seculi. Excluso humano timore, hic notatur filialis, siue castus. In hoc quod dicitur, Timor Domini sanctus, intelligitur castus, & est initium sapientiæ timor Domini. Quod autem dicitur, permanens in seculum seculi, filialem designat.

Iudicia verò Domini suo quaternario vehuntur: sunt vera, iustificata in semet ipsa, desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multum, dulciora super mel & fauum. Iudicia Domini sunt retributiones, quibus vel reprobos punit, vel iustos remunerat. Ea quamuis sint sæpè occulta, semper tamen vera sunt & iusta, veritatem iusti iudicis sequentia. Sunt iustificata in semet ipsa, non sicut humana iudicia, quæ aliunde formantur, sicut ex allegationibus aduocatorum, & ex depositionibus testium, & recitationibus instrumentorum. Vndè & per hoc sæpè falluntur iudices: & quantumvis ordo iudiciarius seruetur, nonnunquam tamen innocens condemnatur, & nocens absoluitur. Iudicia autem Dei ex semet ipsis iustificationem accipiunt, sicut per Prophetam dicitur: Non secundum visionem oculorum iudicabit, nec secundum auditum aurium arguet, &c. Sunt autem desiderabilia, id est desiderari dignissima super diuitias & delicias. In auro & lapide precioso intellige diuitias, in melle & fauo delicias. Diuitiæ autem maxime intelliguntur in pecunia & potentia. Per lapidem preciosum, quo potentes & nobiles vtuantur, gloria potentia. Porro diuitiæ aliæ cum difficultate acquiruntur, aliæ sine difficultate. In melle, quod liquidum est, delicia & voluptates sine labore. In fauo, quod mel & ceram continet simul, voluptates cum difficultate.

Ecce quidam ludus iudiciarius occurrit nobis in scripturis, Deum Patrem representans. Locus iuris, in quo Aduocatus noster postulat, patibulum Crucis fuit. Cum enim ex officio suo aduocati habeant stare, ipse non stans, sed toto corpore extenso in ligno Crucis, apud Patrem pro nobis allegauit, desiderium suum & amicorum suorum exponens, & aduersarij desiderio contradicens vsque ad proprij sanguinis effusionem. Rem suam postulat, id est genus humanum, quod ipse creauit, cuius verum dominium habebat. Ecclesiam de gentibus conuerti postulauit, tanquam proprius hæres, hæreditatis petitionem proponens, & in possessionem de iure mitti desiderans. Petitio autem hæreditatis ex ordine & regulari iure proponitur aduersus eum, qui possidet pro hærede, vel possessore. Pro hærede possidet, qui dicit se hæredem esse, cum non sit: pro possessore possidet quis, cum nullo titulo potest tueri suam possessionem, qui si requiratur quare possideat, nullam aliam causam allegat, nisi quia sic possideo. Rectè autem proposuit Dominus noster aduersus diabolum, quia hæreditatem Domini pro possessore possidebat malignus prædo: de quo Prophetæ: Væ qui prædatis, nonne ipse prædaberis?

In hac aduocatione siue postulatione Aduocati nostri maxime gaudet Ecclesia die Resurrectionis Dominicæ, quia Aduocatus postulauit, quia postulata impetravit, quia impetrata obtinuit, & possedit. Indè est quod tripliciter laudem subiungit. Introducens enim Filium loquentem ad Patrem, & dicentem: Postulaui patri meo: Ecclesia responderet: Alleluia, id est Deo laudes, quia postulasti. Item, Dedit mihi gratias: & responderet Ecclesia: Alleluia, id est Deo laudes, quia impetrasti. Item, In hæreditatem mihi: Responderet: Alleluia, quia obtinuisti, & possidisti. Consociemur igitur & nos in hanc laudem vniuersalis Ecclesiæ, ut cum electis in hæreditatem Domini intraturi, ad resurrectionem Domini peruenire valeamus perpetuo gauisuri. Quod ipse præstare dignetur, qui viuus & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

Item Domini præceptum.

Psal. 118. 2. Pet. 1.

Timor duplex, seruilis & filialis. Psal. 110.

Iudicia Domini quaternario vehuntur accidentibus.

Esa. 11.

Patibulum Crucis Christi, iuris locus.

Diabolus olim Domini hæreditatem pro possessore occupauit. Esa. 33.


Christus sua resurrectione hæreditatem suam recuperauit.

DIVÆ AVGVSTÆ VIRGINIS ET MARTYRIS

VITA, QUAM EX ANTIQVIS MONIMENTIS ET PIA
maiorum traditione clarissimus & doctiss. Dominus Minutius de Minu-
tij à Seruallo collectam et eleganter conscriptam ad nos misit,
patriæ suæ patronam sic veneratus.

27. Martij.

Illa pars iā
 recensetur
 sub nomi-
 ne marchie
 Tarvisinæ.



Matrucus
 Christianos affi-
 git, & in
 ter hos et
 iam filiā.
 Augusta
 Christiana
 nam religi-
 onem am-
 plectitur.
 In templis
 Christianis
 norum affi-
 dua est.

Precibꝫ in-
 tenta, ab
 ijs ne qui-
 dem à pa-
 tre se abdu-
 ci patitur.

Augustæ
 prudens re-
 sponsum.

conicitur
 in carcere

Duos sibi
 patris iuf-
 fu dentes
 euelli fert
 non impa-
 tienter.

VM olim variæ ab Australibus regionibus nationes labe-
 factatis iam Imperij Romani rebus ad Italiã infestandam
 confluxissent, ac multi Barbari duces, soli vbertate & amce-
 nitate, cælique temperie illecti pedem in ea fixissent: con-
 stans inter Foro iulienfes fama est, Matrucum quendã Prin-
 cipem & genere & opibus insignem, natione, vt ferunt, Ale-
 mannum sub ea tempora in agro Foro iulienfi multis præ-
 dijs occupatis confedisse, & arcem regiumq; palatium in e-
 ditioe monte non procul à Seruallo construxisse. Vbi
 cum viribus facile auctus esset, in loci illius incolas tyrãnidem exercere cœpit, cru-
 delem quidem illam, sed eo multo crudeliorem, quod, cum acerrimus esset idolo-
 rum cultor, eos, qui Christi fidem profiterentur, vehementer infestaretur: cuius
 rei exemplum in Angultam filiam tenera ætate virginem edidit. Nam cum illa ad
 Christianam religionem animum applacuisse, atque in ea non parum proficif-
 set, clam patre sacro baptisinate vltro experito & suscepto in Christianorum nu-
 merum referri voluit. relata autem piissimis veræ religionis ritibus plane addicta
 sic fuit, vt toros interdum dies in ecclesijs transigeret. Quæ res patri quonã se il-
 la reciperet ignaro suspecta esse cœpit, & cum vereretur ne fugam adornaret, dili-
 gentius obseruãdam ratus, cum illa pro more ad pium illud locum secederet, clam
 exploratorem submisit, qui singula accuratè notaret, ac referret. Is templum Chri-
 stianorum ingressam secutus, virginem, quod genibus flexis, ac manibus vultuque
 ad cælum sublato more Christianorum Deum precaretur, ad eam religionem esse
 conuersam intellexit, & ad Matrucum mox rediens, rem, vt erat, renunciauit. qui
 grauius iratus filiam è templo confestim accersi iuberet. At illa patris iussa nuncian-
 ti constanter respondit, sibi cum Deo cælorum rege esse tunc negocium, vbi ei sa-
 tisfecerit, patri esse obtemperaturam, & precibus cum tandem modum imposuif-
 set, ad patrem se retulit. quam ille ira vehementer accensus duris admodum verbis
 excepit, obiurgatam acriter, quod maiorum religionem, paternam autoritatem,
 familiæ decus, ac denique castitatem suam tam parui faceret, vt ijs neglectis ad alie-
 nam eamque contempnissimam religionem sese conuerteret. Ad quæ presentia ani-
 mo respondens virgo, rerum omnium conditorem Deum, inquit, quantum in me
 est amo, veneror & colo: cum calicollis frequẽs mihi est colloctio & cõsuetudo:
 castitatem pudicitiamque meam Christo regi deuoui & despondi, quem si tu quo-
 que cognouisses mi pater, haud dubiè totũ te illi dederes. Matrucus filiam sua mo-
 nita auersantè detestatus, eam in carcerem conijci iubet, serio rursus admonitam,
 vt diligenter potius omnia perpendat, quàm temerè in se patris iram concitet: ni
 faciat, grauissima eam manere supplicia. Postero die è carcere ad patrem adducta,
 cum, persisteret ne in sententia, rogaretur, fortiter respondit, Christum se vnum &
 verum Deum agnoscere & colere, cui soli perpetuò sit obsecutura. Qua virginis in-
 dicendo libertate magis etiam exacerbatus pater duos illi dentes euelli iubet. Nec
 eo tormento tamen quicquàm à constantia abducta, sed magis magisque ad Chri-
 sti fidem profitendam animum obfirmans, patri ijsque qui aderant omnibus palam
 edicit, non inuitam se quemuis etiam cruciatum & dolorem excepturã, nimirum
 vt Christi sui sponsi vestigijs insisteret, cumq; aliquotenus imitaretur, qui pro se-
 cerbissimam mortem subire non recusasset. Quo filiam animo esse ægerimè fe-
 rens pater, inducias nihilominus, & ad deliberandum tempus ei permittendum ra-
 tus, cum longè grauius supplicium nisi à religione Christiana deficeret intermina-
 tus esset, in carcerem retrudi imperauit. Vnde postridiẽ eius dies rursus ad patrem
 deducta, cum nihil pretermisisset earum rerum quibus animum eius se flectere pos-
 se existimaret, omniaq; frustra essent, tandem furore correptus filiam inter duas ar-
 boreas

SURIUS

aber
 nobis
 RVIII
 5

DE SANCTO PETRO ABBATE PORTVENSIS.

125

bones mediati suspendi, ac submisso igne torqueri iussit, cumque eam flamma nihil læderet, tota excogitata est, quæ prominentium clavorum acumine eius corpus dilaceraret. Sed hoc etiam tormenti genus, angelo cælitus demisso, qui rotam confringeret, euasit. Ad extremum ergo, postquam & patrem & adstantem turbam ad Christianam religionem frustra hortata esset, capite truncatur. Eius corpus aliquot post annis in eo monte repertum fuit, qui olim Mons Marcumtoni, postea vero ab ipsa virgine mons Sanctæ Augustæ nuncupatus est. Quo in loco extat templum ad virginis honorem extructum & consecratum: cuius primum ædificati nulla, reparati vero vetustissima memoria habetur. Illud satis constat omni ætate quamplurimos Diuæ Augustæ intercessione à Deo fuisse liberatos, ac liberari continue, idque tabulæ votiuæ cum ab incolis tum à naucleris Venetis eò delatæ testantur. Porro Diuæ Augustæ festum 27. die Martij: Inuentio 22. Augusti, consecratio templi in Octaua Paschæ celebratur.

Tormenta quibus eius constantia tentat patitur irrita sunt. Capite plectitur.

Claret miraculis.

VITA PIÆ MEMORIÆ PETRI ABBATIS PORTVENSIS, PECCATORIS APPELLATI, EX LIBRO

quinto Hieronymi Rubei de gestis Rauennatum.



O ferè tempore, quo Petrus Damiani floruit, insignis habebatur Petrus Portuensis cœnobij præfectus: qui nobili Honestorum Rauennati familia genitus, literarum haud omnino expers, cum esset sacerdos, ut votum persolueret, quod in nauigatione, tempestate actus, nuncupauerat diuæ Mariæ Virgini, in portu Rauennati, ædem ac cœnobij extruxit: quod deinceps, ob eam à loco sumptam causam, Portuense cœnobium est appellatum. Ibi sacerdotum cœuentum instituit, quibusdam præscriptis legibus, quas Paschalis secundus Pontifex Max. ad se missas firmavit. Ab eo plurimum propagatus ordo est, qui nunc Canonicorum Lateranensium vocatur, egregium certè bonorum hominum ac doctorum seminarium. Eæ leges ab Rhenensibus, Bononia: Nicosensibus, in Pisano: à multisque, præterea acceptæ & seruatæ sunt. Senex obiit quarto Calendas Aprilis, anno à partu Virginis 1119. Rauennæ in Portuensi ab se extructo cœnobio: ibique ad læuam ingredientibus templum, iuxta sacram turrum sepultus est. Satis autem, ut puto, constare potest, quantum inter hunc & Petrum Damiani intersit. Est quidem vterque Petrus, vterque Rauennas: ambo sanctè ac innocenter vixerunt, eodemque ferè tempore: quodque fecit, ut multi eos non internoscerent, ambo Peccatores appellati: (inoleuerat enim mos, ut, qui religiosè tunc viderent, ob animi demissionem, sese inscriberent Peccatores: idque facillè cognosceret, qui monumenta illorum temporum euoluerit) Petrus tamen Portuensis præfectus, semper sacerdos, Petrus autem Damiani, monachus. Ille in Portuensi cœnobio perpetuò ferè vitam traduxit: hic in Catriana solitudine. Ille Rauennæ diem obiit suum: hic Fauentia. Ille quarto Calend. Aprilis: hic octauo Calend. Martias. Ille anno 1119. hic octuagesimo supra millesimum. Quodque hac ratione inter se differrent, Dantes de Petro Damiani scribens, Paradis. ca. 21. videtur testari. Dum enim Petrum Damiani loquentem iaducit, se Petrum Damiani fuisse inquit, in Catrianaque solitudine vixisse: Petrum autem Peccatorem, in diuæ Virginis Mariæ ad litus Hadrianum, commoratum.

Martij 29. B. Petri patria & familia.

Extruxit Portuense cœnobium. Instituit ordinem Canonicorum Lateranensium. Obiit.

Sepelitur:

Monachi olim peccatores vocati sunt.

(.)

APRIL